





Pr. 12 num. 23. *H. 18*

18  
Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
Q. V. A.  
**PACTA**  
**NON STRICTI IURIS** *19*  
SED.  
**BONAE FIDEI ESSE**  
EVINCIT VR.

201  
Q. V. A.  
IN REGIA FRIDERICIANA  
EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDE  
IOANNE TOBIA CARRACH ICto  
POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE  
FACULTATIS IVRIDICAE IN EADEM PRAESIDE ORDINARIO  
ET H. T. DECANO,  
PROFESSORE IURIS PRIMARIO ETC.  
PRO GRADV DOCTORIS  
D. JULII C. 1776.  
H. L. Q. C.  
PVBLICE VENTILANDAM  
EXHIBET  
AVCTOR ET RESPONDENS  
IOANNES CHRISTIANVS LICHOTIVS  
HALENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,  
LITTERIS IO. FRIDERICI ET FRID. AVG. GRVNERTORVM.



DISCIPULATI HABOANTUR IN ROME  
PACTA NON STREGIT HARRIS  
BONAE IDEI 1222  
EVANGELIA  
EGYPTIUM DUCANTUR  
IN RIGU RIBESCIANU  
DE CORDO TERRAM TOTAM QUITAM  
JOANNES M. GARRAVAN. T. CO  
RAE  
TOMAS A SOCOTORIS  
CONSTITUTUS NEGUS  
TOMAS CHRONICON HISTORIA  
TOMAS CHRONICON HISTORIA

HANC DEDICATIONEM  
VIRIS  
PERILLVSTRI, ILLVSTRBVS,  
GENEROSISSIMIS, CONSVLTISSIMIS, AMPLISSIMIS  
ATQVE SAPIENTISSLIMIS  
REGIMENT DVCATVS MAGDEBURGICI  
CONSTITVTIS  
DOMINIS  
PRAESIDI  
CETERISQVE  
CONSILIARIIS REGIIS  
PATRONIS ET FAVTORIBVS  
PIA MENTE VENERANDIS

HANC DISSERTATIONEM  
TAMQVAM TESSERAM  
GRATAE MENTIS  
PRO BENEFICIIS IN SE A PVERITIA  
VSQVE LIBERALITER COLLATIS  
DEVOTISSIME OFFERT  
SEQVE SVAQVE STVDIA  
TANTIS PATRONIS  
STVDIOSISSIME COMMENDAT  
CLIENS OBSERVANTISSIMVS  
IOANNES CHRISTIANVS LICHOTIVS.

VIRI PERILLVSTRIS,  
ILLVSTRES GENEROSISSIMI  
CONSVLTISSIMI, AMPLISSIMI,  
SAPIENTISSIMI, PATRONI  
SVMMA OBSERVANTIA  
COLENDI.

**E**t si vel summam dignitatem  
VESTRAM, vel meam hu-  
militatem cogitanti mihi vide-  
ri poterat, liberari me a temeritatis suspi-  
cione non posse, qui audeam TANTIS  
NOMINIBVS tam paruum atque ie-  
)( 3 iunum

ium libellum inscribere: tamen, cum pietatis ea vis sit, ut continere se animi angustiis non possit, quin gestiat in lucem proferri, atque ego arbitrarer, satius esse eam quomodounque prodere, quam summorum in me meritorum VESTRORVM immorem videri, facile spero fore, ut hoc, quidquid audeo, tamquam ab animo pietatis plenissimo profectum suscipiatis. Quam spem mibi in primis confirmat cura plane singularis, qua memini VOS rebus meis a prima pueritia prospicere. Nam cum essem matura parentum morte subito orbus iis, a quibus iuuenilis aetas temperaretur, una VESTRA prouidentia fuit, quae studia mea omnemque vitam sapientis-

sime

sime et adiuuaret et regeret, ita ut vere  
dicere possim, *VOS* Patrum magis, quam  
Patronorum loco fuisse. Quae ipsa res vti  
efficit, ingrati notam ut vix possem effuge-  
re, nisi vel hac opportunitate ad *VOBIS*  
publice declarandam pietatem vterer, sic  
magnum animum addit, ut confidam tales  
*VOS* in hoc leui deuotissimae mentis docu-  
mento suscipiendo, omninoque in me ornan-  
do semper fore, quales in regendis rebus  
meis semper fuisse noui. Atque illud *VOS*  
ita vehementer rogo, ut mihi simul profi-  
tear nihil iucundius et potius fore, quam  
perpetuum studium, quo ad veram virtu-  
tem emitar, ne habeatis unquam, quod  
*VOS* liberalissimae curae de me susceptae  
poeni-

*poeniteat. Seruet Optimus Maximus  
Deus VOS, VIRI SAPIENTIS-  
SIMI, ita saluos et incolumes, vt per lon-  
gos annos auctoritas regia VESTRIS  
prudentissimis consiliis, VESTRA iusti-  
tia prouidentiaque summa exornet patriam  
felicitate, ego vero inaestimabili patroci-  
nio VESTRO cum iucundissimo animi  
mei sensu frui possim*

**TANTORVM NOMINVM**

*cultor obseruantissimus  
Io. Christianus Lichotius.*



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA.

QVA  
**PACTA**  
**NON STRICTI IVRIS**  
SED  
**BONAE FIDEI ESSE**  
EVINCITVR.

---

§. I.  
PROOEMIVM.

 Eruditorum nemo est, quem fugiat, Iurisprudenciam iudicariam et consultatoriā consistere in legum cognitione earumque prudenti ad facta obvia applicatione. Ad vitramque facit interpretatione tum legum, tum actuum, quibus animi sententiam  
A

tiam homines in vita communi inuicem communicant, et ad quos leges sunt applicanda. Sole meridiano hinc clarus est, in id in primis et necessario iureconsultum incumbere debere, ut habitum nanciscatur, sensum mentemque tam legum ipsarum, quam dispositionum sive ultimarum, sive inter viuos conceptrarum aliorumque actuum inter homines susceptorum perspiciendi atque dijudicandi; qua quidem sine virtute reliqua ut inanes inertesque in totum evanescunt.

Iam vero sunt, quibus omnis interpretatio pactorum et contractuum, aliarumque dispositionum dispeserit posse videatur in strictam et in extensiuam, qui suas rectius inituri essent rationes, si ab interpretatione stricta discernerent *in usum interpretationem IULIANO* in L. 201. D. de V. S. viam praeemonstrante. Sane si huius distinctionis applicationem conspiciamus, dici plane nequit, quam varia dissentientia et difficultia sint Doctorum, praecepta de facienda in singulis negotiis, materiis, variisque actuum speciebus interpretatione vel stricta vel iusta seu bona fidei accommodata. De stricto iure doctrina, quam demum ex iure Romano hausimus, itidem multis disceptationibus causam dedit, saepiusque adhuc errores et nebulas producit. Quarum quidem dissipandarum gratia lucem aliquam sententiae de stricto iure strictaque, quae illud comitur, interpretatione, praesertim quadam pacta, affundere eniteinur. Familiarissima equidem ICris tam in cathedra, quam in foro versantibus sunt carmina: *pacta sunt stricti iuris! commissiones sunt stricti iuris! privilegia sunt stricti iuris! poenae sunt stricti iuris! statuta sunt stricti iuris, seu stricte interpretanda!* Sed, quod pace sic sententium dixerim, neutrum illorum mihi quidem cum veritate consentire videtur.

§. II.

SED BONAE FIDEI ESSE EVINCITVR. 3

§. II.

T H E M A.

Singula illa ut uno examinentur opere unoque fasce complectamur, dissertationis academicae fines transgrederetur. Postremum eorum iam excusit PRAESES Dissertatione, qua examinatur brachicium, statuta sunt stricte interpretanda, ne laudent ius communne, quae quondam sub B. DNI GASSERI nomine in publicum prodiit. Iam quidem primum illud, quod pacta attinet, expendisse et ad lucem illam principiorum iuris admotum accuratius diuidasse, pro specimine meo inaugurali sufficiet: indeque apud animum constitui, tum ex Iure Naturali, tum Civili Romano aequa ac Germanico commonstrare, pacta non stricti iuris esse, sed bonae fidei, adeoque strictam in ea cadere nullo modo interpretationem. Atque ne frustraneum suscepisse laborem et cum laruis pugnare videar, paucis tantum praemonendum putaui, quod viri quondam maximi nominis in illa praesertim fuerint sententia, quod pacta sua natura sint stricti iuris, et ambigua stricte sint interpretanda, ut et instrumenta desperata facta, nec extendatur pactum ultra expressa, et quod verbis non continetur, pro omisso habendum, vti non solum ex CARPOVII Iurisprud. forens. Parte II. Conf. XXIX. Def. XX. num. 1. sed etiam aliis longa serie in BARBOSAE Thesauro locorum communium Lib. XIV. Cap. I. axiom. VI. citatis videre licet.

§. III.

ORDO DICENDORVM.

Opus itaque erit, ut secundum diuersa haec Iura, naturale, Romanum arque patrum, de stricto iure et bona fide, arque de pactis, quantum instituti ratio exigit, brevibus exponam, indeque assertum meum conficiam, quibusdam simul frequentibus notionibus clarius accuratiusque determinatis, et denique vulgaris erroneae opinionis origine inuestigata.

A 2

§. IV.



## 4 PACTA NON STRICTI IURIS

## §. IV.

## DE IURE STRICTO ET BONA FIDE.

Ordiamur autem ab explicatione earum notionum, quae in tractatione ipsa maxime in censu veniunt, ut

*Singula quaque locum teneant sortita decenter.*

Bona fides, aureum illud nomen, humanae felicitatis fulerum, societatis vinculum, lani iustitiae virtutumque caput, quam omnes communi voto exoptant, nihil aliud est, quam naturalis aquitas et ab omni furore, commentis, fallacia, ambiguitate, inuersione et vanitate verborum et ab omni dolo purgata gestio negotiorum. Bona fides negotia pacta et verba ex iusta contrahentium intentione et ex genuinis incorrupisque significatibus naturaliter et aequo interpretatur. Sic in iure naturae nobis representamus bona fidei indolem, siue describit eam TRYPHONIUS, qui in L. 30. D. De post. bona fides, ait, *quae in contractibus exigitur, aequitatem sumam desiderat.* Ius strictum quod attinet, variorum iurium respectu variam desiderat considerationem. Alio quippe significatione venit, si ad Ius Naturae, alia, si ad Ius respicias Civile.

## §. V.

## IUS STRICTUM IN SPECIE EX IURE NATVRAE.

Quod si *ius strictum* 1) ex mente Iuris Naturae, ut saepe sit, nominaueris, intelligenda erit illa diuinae huius legis pars, quae de officiis iusti praecepit, adeoque de obligatione et iure perfectis, potestatem coactionis, pro modo vel naturalis status, vel societatis ciuilis, violentae aduersus temperatores tribuentibus. Verum a iure hoc stricto, quod alii Ius Naturae stricte dictum aptius vocare amant, non tam bona fides, quam iura obligationesque imperfectae distinguuntur, scilicet officia humanitatis, benevolentiae, beneficentiae, misericordiae, grati animi aliaeque virtutes, quae quidem per se violentae coactionis potestate destituuntur.

## §. VI.

SED BONAE FIDEI ESSE EVINCITVR. 5

§. VI.

IUS STRICTVM EX IURE ROMANO.

Respectu II) iuris Civilis & Quiricium *strictum ius* varia iterum consideratione venit. Etenim a) primo quidem significatu de legibus ipsis civilibus antiquis Romanis quippe valde restrictis, ut pote de legibus regiis, XII tabularum, in campo Martio sollemnitatis latis, plebiscitis, fori vto et legis actionibus praedicatur, quarum Romanis tam sollemnia erant verba, ut nullum esset negotiorum genus, neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si secum agerent quid, neque si cum aliis contraherent, quod non ex legum verbis ipsis conceptissimum nactum sit foamulam; caedemque leges ex omni verbulo et syllaba stricte obseruari debuerint. A quibus quidem *ius honorarium* distinguuntur, in primis Praetorium, quod *strictum illud ius* ex iure naturali eiusque officiis perfectis supplet et temperat, unde *ius aequum* dicitur. Quin etiam *aequum* hoc *ius honorarium* ad *bonam fidem* pertinere, inde apparet, quod, quae huic aduersa solo *iure civili stricto* nituntur, exceptione et actione dolii reparantur, quae latiori sensu bonas fidei opponi solet.

§. VII.

CONSIDERATIO SECUNDA EX IURE ROMANO.

Praeterea b) altero significatu *ius strictum* dicitur illud *ius*, quod oritur ex *interpretatione* legum, formalium actionum, ultimarum voluntatum, contractuumque *stricta* et verbis solis eorumque etymologiis et significatiis angustioribus inherente, quae, praeter alias rationes, exinde orta et introducta videtur, quod Romani iurisperiti Philosophiae Stoicorum addicti strenuisque eorum et rigorosis principiis imbuti legum vocabula sectabantur, totique in vocum deriuacione et dimensione versabantur, verbis tamquam glebae adscripti: quod malum instar pestis ex Zenonis schola emergens ad Iudeos etiam irrepit, vt Pharisaei

saei scrupulationibus et argutiis suis caeleste Mosiacum ius penitus corruptum peruerterint. Quare etymologia ~~ενεργειας~~ saepius in ore criticorum nihil aliud est, ac abscon deriuatio vocum, quarum maiorem copiam AEGIDIUS MENAGIVS in Amoenit. Iur. Civ. Cap. XXXIX. adduxit, nec non stricta verbis solis anxiæ superfructa legum interpretatio ab ICtis sequioris aeni nomine Iudaicæ, Stoicæ, Pharisaicæ explicationis insignitur. Quam quidem iam depictam interpretationem, quas antiquoribus iurisprudentiae Romanæ temporibus obtinuit in legibus earumque actionibus, nec non ad testamenta et contractus iuris civilis prolata est, saepe ius Civile καὶ ἔξοχη dixerunt. Nam siue actor in ius vocaret reum, siue in iure ederet actionem, siue is, vnde petebatur, exceptione se defendereret, siue vterque contestaretur item: id omne fieri debat sollemnibus verbis ex albo, vel ex lege ipsa haustis et cum tanta recitantis circumspetione, ut qui formula ceciderat, ipsa causa cecidisse indicaretur. Ex quo pater, iudicem his etiam verbis inclusum, nulla aquoire sententia ea transgredi potuisse: quod latius exposuit PRAESES in Diurnis Halenibus anno 1764. num. XLV. XLVI. et XLVII.

## §. VIII.

INTERPRETATIO IVSTA AVT AEQVA QVID SIT EX  
IURE ROMANO NOVIORI?

Cui quidem iuri stricto seu interpretationi strictae opponitur interpretatio aqua, vel per aequitatem, vel iusta secundum IULIANVM supra §. I. citatum, quae partim in sensu legum aliarumque dispositionum verbali secundum genuinas regulas hermeneuticas eruendo versatur, quam dicere solemus interpretationem grammaticam seu declaratiuum, parvum etiam rationem legis dispositionumque maxime finalem circumspiciens, vnde interpretatio logica dicta, aut verba angustiora ad rationis finalis ambitum extendit, aut verba latiora ad rationis finalis modulum restringit. Vnde interpretationis

SED BONAE FIDEI ESSE EVINCITVR. 7

*tationis logicae species natae, extensa aequa ne restrictiua: atque sic  
vraque haec species imprimis dici solet interpretatio per aequi-  
tatem* E. D. N. BOEHMERVS *Introducit. in Ius Digestor. L. I. Tit.*  
*I. §. 4. quae ipsa etiam bonae fidei nomine comprehenditur, uti ap-  
parer ex L. 80. pr. D. de Acquir. heredit. L. pen. D. de Constat. pecun. et*  
*L. 8. Cod. de Iudic. Nouiora scilicet iura Romana strictum illud ius  
ferme subuerterunt, mutatis principiis antiquis, et interpretatione  
per aequitatem tam circa leges vniuersim, quam in ultimis voluntar-  
ibus inualescente, et in specie in heredis institutione per CONSTAN-  
TINVM L. 15. C. de Testam. atque postea per IVSTINIANVM  
L. 2. et 3. Instr. de Legatis nec non L. 1. et 2. C. Commun. de Legat.  
et Fideicommiss. legata fideicommissis exaequantem, pariterque in  
actionibus introducta per Imperatores DIOCLETIANVM, MAXI-  
MIANVM, LICINIVM, CONSTANTINVM M. atque postremo  
per THEODOSIVM II. et VALENTINIANVM III. L. un. C.  
Ut quae definti vocari partium index supplet. L. 8. C. de Iudicis.  
L. 1. et 2. C. de Formulis et impetracionibus actionum sublatis L. 2. C.  
de Pedaneis iudicibus. Magnam enim subinde iuris mutationem et  
temporis ratio et Philosophiae vicissitudines fuaserunt. Ius enim  
XII. tabularum angustis limitibus circumscriptum, quos stricta inter-  
pretatio magis adhuc restrinquebat, nimis insufficiens erat ad iura a  
statu hominum, ex domino, ex hereditatibus, servitutibus, et pigno-  
re, immo etiam ex promissionibus, vel damno illato descendencia  
persequenda, cum illa ad contractus eorumque formas, haec ad  
prohibitos speciali lege ciuili casus restricta essent: saepiusque sic  
frustra quaerebatur praesidium Iuris Ciuilis ad id, quod Naturale ex-  
igebat, obtinendum. Quod eo acerbius ineptiusque videbatur, quo  
aequior subinde mitiorque Philosophia et politior Iuris Naturae scien-  
tia quasi ex tenebris elucescebat. Tunc multos regularum iuris an-  
tiquioris errores detegabant, et iurium quondam visitatorum effre-  
natam licentiam, ob damnum reipublicae inde emergens coereendam  
abrogandamque iudicabant. Praeterea statu publico in aliam for-  
mam*

mam transmutato, et multis pristinis conditionibus variorum iurium radicibus extirpatis, noua aequior et minus stricta Iurisprudentia non poterat non introduci. Confer. *Diurn. Halens. citt.*

## §. IX.

## EX IURE GERMANICO ANTIQVO ET NOVO.

In  $\beta$  Germania neutrō significatu ius ciuile strictum aequitati et bonae fidei aduersans obtinere potuit vñquam: siquidem Germanorum mores maximam partem in iuris naturalis vniuersaliter obligantibus obseruantia consitabant; ciuilibus legibus paucioribus constitutis, his tamen etiam naturali aequitati maximam partem inseruientibus. Interpretationem quoque strictam ad modum antiquorum Romanorum verbis inhaerentem, vna cum eius fundamento Romano, contractibus ipsis ciuilibus, legisque actionibus semper nos ignorauimus. Ex aduerso omnia secundum simplicitatem Iuris Naturalis tractantes ex bona fide aestimauimus, cui rei ex antiquis temporibus praeter TACITVM de Moribus Germ. Cap. XIX. id laudis tribuentem nobis, quod apud Germanos plus valeant boni mores, quam apud Romanos bona lege, et in Annal. L. XIII. cap. 54. quod nonnulli mortalium armis et fide ante Germanos sint, etiam ista paroemia: Ein Wort, ein Wort: ein Mann, ein Mann, testimonium affert; atque ex nouioribus hoc collineat Recess. Imp. de Anno 1600. §. So viel nun etc. 140. Neque receptio iuris peregrini in patriam nostram hic nouum aliiquid constituere et formare potuit, quae scilicet modo in subsidium, vt infra monstrabitur, facta fuit et ad iustitiam supplendam suscepta. Iniquum autem eiusmodi supplementum Germaniae in iustitiae administratione naturalem rationem et aequitatem sequenti eo minus opus, minusque opportunum fuit, quo minus principia stricti illius Romani iuris antiquioris Germaniae conueniunt, vt adeo priuiciata, liceat cum Dialecticis loqui, inde deriuata in adiumentum abundans aduocare foret absurdissimum. Quod eo rectius afferere mihi videor, quo certius est, quod iam diu,

diu, antequam iura Latialia in Germaniam penetrarunt, vii §.  
praec. exposui, principia stricti iuris antiqui et ipsum illud ius strictum in republica et Iurisprudentia Romana fuerint subuersa.

## §. X.

## DE PACTIS EX IURE NATVRAE.

Verum quo viam nobis recte struamus ad rem enodati ex proposito nostro demonstrandam; naturam pacti, eius finem, usum et necessitatem paulo ita tractabimus, ut secura et firma nostrae disquisitionis stabiliantur fundamenta. Ad tria illa referri debent, quae pacto, si veri nominis tale esse debeat, nimirum confessas mutuas in obligationem perfectam ad aliquid alteri praestandum, insint necessario requiritur. *Promissio unum* est essentiale patti. Perinde autem est, siue promissio *fiat* ad praecedentem eius, cui promittitur, interrogationem vel ad aliud ejusdem desiderium, siue a promissore offeratur sponte. Nolumus ea repetere, quae in omni iuris naturalis tractatione enucleari solent, nolumus centies definita denuo definire, aut apres aliorum, cum breuitati literum, excriberem notiones. Promittit, vt tribus verbis dicamus, quenam mens nobis sit, promittit ille, de quo sufficienter constat, se velle, vt aliquid, quod ipsi hucusque proprium erat, fiat alienum, adeoque vult, vt alteri ius nascatur perfectum determinatumque ad id, propter quod antea vel nullum, vel imperfectum vel saltum minus determinatum ius habebat. Alterum palmarium, quod pactum constituit, est *acceptatio*, quam vulgo dicunt, vel rectius, vt is, cui promittitur, idem velit sibi habere ius, quod promissor eidem concedere statuit. Muruo enim pacientium consensu nisi debere patet, ipsa eiusdem exigit indeoles. De coequ sufficiet dixisse, esse consensum in promissionem, satisque constare debere, velle eum, cui facta est promissio, vt id, quod ipsi alter pollicitus est, suum existat, siue ista voluntas promissionem antecedar, siue eandem se-

B

quatur.

quatur. Tertium denique est *simultaneus et reciprocus* in idem placitum consensus, qua quidem conditione ideo opus est, ut de obiecto sufficienter vterque consentiat pacientium. Illud autem parum refert, an statim e vestigio reciprocus intercedat consensus, eo statim momento, quo alter aut obtulit aliquid, aut desideravit, an vero ex intervallo accedit, modo adhuc perduret oblatio promissoris vel desiderium sibi aliquid exigentis, neque de voluntatis mutatione saltu probabiliter constet, de qua re plenius egit *B. PFEENDORF de Iure Nat. et Gentium. L. III. C. VI. §. 15.* *ID. de Offic. homin. et civ. L. I. C. IX. §. 16.* *B. THOMASIVS Institut. Iurisprud. Diuinae L. II. C. VI. §. 13. seqq.* *B. HEINECCIVS Element. Iuris Nat. et Gent. L. I. C. XIII. §. CCCLXXXVI.* Efficientur facile ex his, quod ad voluntatis contrahentium unionem actualem pacta quam maxime redeant. Neque ergo ad pactum sufficientia sola voluntatis inclinatio, aut voluntas, quae olim ex altera saltem parte adfuit: sed actu adesse debet mutua voluntas, et quidem ordinarie signis utrimque declarata sufficientibus. Interim tamen aliquando etiam contingit, ut circa signa quoque de consensu mutuo probabiliter ex indole hominum negotiorum natura eiusque circumstantiis constet, seu consensus presumatur: quo casu etiam firmum existere pactum, cordatores recte assertunt vi *praesumti* consensu *PFEENDORFIVS de Iure Nat. et Gent. L. III. c. VI. §. 2.* *ID. de Offic. homin. et civ. Lib. I. C. IX. §. 9.* *THOMASIVS cit. loc. §. 19. 20. 21. seqq.* *HEINECCIVS Element. Iur. Nat. et Gent. Lib. I. Cap. X. §. CCLXXXIV. Cap. XI. §. CCLXXXIII. Cap. XIV. §. CCCLXXXI. et §. CCCLXXXV.* Caeterum quoque ex propositionis apparent, neminem pacisci posse, quem ratione sua vitae infania sine tristia fata venuere: nisi quounque consensus eiusdem praesumi potest, a generali hominum indole ad speciem atque individuum pro natura negotii circumstantiisque eiusdem probabili facta collectione. *THOMAS. cit. cap. VII. §. 25.*

§. XI.

SED BONAE FIDEI ESSE EVINCITVR. II

§. XI.

DE CONSENSV DISTINCTIVS.

Equidem de consensu, quem ad pactorum subsistentiam retulimus, paulo distinctius egisse iuuabit: tum ut proposita re- & ius intelligentur, vna cum praecipuis pactorum speciebus, tum ut infra de fide pactorum bona accuratius iudicare possumus. Idque eo minus incongruum videtur, quo magis plerumque confundi solent maxime distinguenda. Certe consensum significati, quo in legitima venit scientia, commode b. HEINECCIVS cit. Elcm. Iur. Nat. et Gent. L. I. C. XIV. §. CCCLXXXI. descripsit, quod sit duarum plerumque voluntatum in eandem rem eademque circumstantias conspiratio. Quod si autem conspirationis tropus displiceat, dicere poteris, consensus est vnio voluntatis diuersorum hominum circa idem obiectum eiusque circumstantias. Consensus igitur consistit in ipsa vnione voluntatis diuersorum hominum interna: atque simulac voluntas vnta est, consensus adest, licet signis non sit declaratus, quem ideo nonnulli dicunt consensum internum. Quoniam vero saepe homini difficile est, internum consensum in aliis hominibus perspicue satis cognoscere, apprime conuenit, vt alii consensum nostrum signis declareremus perspicuis. Quem signis declaratum consensum recte quidem dices consensum externum: ICti tamen eundem consensum verum quasi per excellentiam appellare maluerunt: siquidem plerumque ex signis verius seu certius de consensu constat, quam de solo consensu interno. Si ergo in signum declarandi alii consensum adhibeantur verba, consensus dicitur speciatim expressus, cum verba plerumque aptiora sint ad sensa animi nostri distinctius cum aliis communicanda exprimendaque, quam alia signa. Perinde autem est, siue verba ore proferantur, siue litteris depingantur. Id tamen praeteruehendum non est, verba quandoque voluntatem sermocinantur aperte et palam explicare,

B 2

adeo



per propositionem simplicem et puram, quandoque autem non adeo aperie et palam proponere, sed quodammodo occultare per propositionem compositam et exponibilem, vix rite intelligendam, nisi plures in propositiones resolutur. Quod quomodo fiat, vide re licer apud Dialeticos: nos autem, hoc loco notemus, necesse est, inde origi consensu expressi divisionem in *explicitum*, quando verba palam et aperie propositione simplici et pura voluntatem exponunt, et *implicitum*, quando verba non adeo aperie sed quodammodo occulte per propositionem compositam et exponibilem voluntatem exponunt. Quodsi vero non verba, sed alia signa in facto conscientia concludenti pro medio consensum declarandi adhibita sint, ICti, sequioris aeti imprimis, *consensum* dicere solent *tacitum*. Interim cum §. *praecedente* monstrauerimus de consensu interno, verbis licer aut factis non declarato nihilominus aliquando sufficenter constare: hinc usu venit maxime Iurisprudentiae culturibus, *consensum eiusmodi* signis quidem non declaratum, de quo tamen probabiliter, secundum dicta, *constat*, appellare *consensum praesumptum*: aequi vti in dispositionibus solitariis, ut pote in legibus, ultimis voluntatibus, sermonibus factisque extra pactum in vita communi obuenientibus, id quod intentio loquentis vel facientis fert probabilis, etiam si signis palam non declaratum sit, *praesumpta voluntas* legislatoris, testatoris, loquentis, facientis dici solet. Etenim *praesumere* inter alia significat idem ac *putare*, vel *conicere* aliquid per rerum circumstantias ex argumentis frequenter obtinentibus, et si illud in sensu non incurrat, sicuti venit **V**  
**P**  
**I**  
**A**  
**N**  
**O** L. 7. D. *de in item iutando*, **V**  
**A**  
**L**  
**E**  
**R**  
**I** L. I. c. 5. et 6.  
**S**  
**E**  
**N**  
**E**  
**C**  
**A**  
**E** Epist. 107. **S**  
**P**  
**A**  
**R**  
**T**  
**I**  
**A**  
**N** in Hadrian. c. 2. unde *praesumptum* etiam nonnullis audit *conjecturatum*. Certe eo rectius consensum *praesumptum* ex Naturali Iure adstruere nobis videmur, quo magis notum est ex arte iuris, quod etiam voluntate consensu declaratis per verba aliae signa, si ambiguitas quedam

cirra

circa signa adeoque eriam circa consensum externum seu verum sub-  
oriatur, ad voluntatem consensumque recurendum, si praesumum,  
vt ex dubio nos expediamus: adeo, vt in licibus quoque priuatis  
aliquando opus sit, iurecurando, vela litigatore, vela iudice deferendo,  
quod *exploratorium* vocant *iuramentum*, intentionem, sermoni aut fa-  
cto quae fuerit conjuncta, expiscari. Tantum ergo abest, vt in  
pactorum interpretatione iusta consensum possimus negligere praesumum,  
de qua re infra opportunius apparebit. Imprimis adhuc mo-  
nendi sumus, ICtos in Iure Ciuii Romano praesumti consensus ra-  
tiones reddituros, ultimum eius fundamentum in *aequitate* ideo col-  
locare, quod 1) quisque *praesumatur* consentire in id, quod utilita-  
tem adfert, 2) quod nemo *praesumatur* eam alterius damno fieri  
velle locupletior, et 3) qui vult, quod antecedit, non debeat nolle,  
quod consequitur. B. HEINECCIVS Element. Iur. Civ. secund.  
Ordin. Inflit. §. DCCCCLXVIII. et secund. Ordin. Pandect. §. CCCLXXII. Quid vero sibi vult *aequitas* sine Iure Naturali? et  
numne omnia illa axiomata ipso Iure Naturali indeque dependentis  
bus officiis perfectis nituntur? nos saltem prius asserere, et poste-  
rius negare non audemus! Efficitur ex his, si accuratori schemate  
species consensus hue pertinentes repraesentare velimus, rem ita esse  
proponendam:

Consensus  
est

vel verus,	vel praesumtus
qui	
vel expressus	vel tacitus.
qui	
vel explicitus vel implicitus.	

## §. XII.

REMOTIO DVEIORVM CIRCA CONSENSVM  
PRAESVMTVM.

Oggeres forsai, quod dentur inter ICros famigeratissimos, qui in alia iuerint omnia, sive quod *consensum praesumtum* neutiquam ex Naturali Iure deriuandum existimaueriat, sed *fictum esse*, rati fint, ex dispositione ciuilium legum, sive quod *praesumtum consensum* iudicauerint esse *tacitum*, propterea ab illis vapulantes, quasi summa imis et quadrata miscentes rotundis. Haec minime nos fugiunt: minime vero alterutri accedere possumus sententiae; quamquam inficias non eamus, posteriorum quandam mereri excusationem. Nimirum, quod priorem concernit opinionem, eandem ideo admitti nequire, persuasum habemus, quia §. X. et XI. latius iamiam monstrauimus, *consensum praesumtum omnino et cum notione consensus*, et cum naturali ratione conuenire, ita ut sine omni legum ciuilium fictione inter illos quoque, qui ex solo viuunt Iure Naturali, obtineat. Quia propter eidem fulcrum fictionis legum ciuilium Romanarum fictium non opus est: nisi in illum *SVRDI de Alimentis Tit. I. Q. 45. num. 58.* censuram, *legem quatrere, ubi est ratio naturalis, est infirmitas intellectus, incurvare velimus.* Illaque infirmitas eo periculosior esset hac in causa, quo magis ex deductis liquer, et voluntatis *praesumptae*, et *consensus praesumti* indagatione Iurisprudentiam plane non possit supercedere in illis etiam rebus publicis, quae Iure Ciuali Romano via cum fictionibus inde exsculptis minime vtuntur. Et quae, quaeſo, difficultates praeſentē iura ſucceſſionis, praeprimis intestatae, inter illos, qui Iure quodam poſitivo, maxime Romano, non reguntur, ſi *consensum praesumtum*, ex Iure Naturali eundem tollens, ad ſoles Iuris Latialis fictio-nes illas imaginarias ableganteris. Noti ſunt nobis, qui illa ingressi de- via in desperatos hos ſedēcti ſunt abſcessus, ut omnia ſucceſſionis iura e Naturali ſuſtulerint Iure, bona morte domini vacantia fieri, occupan- tique

tique cedere statuentes: qualem periculosum errorem evitabis facile, si de consensu praesumto ex naturali ratione aptam foueas notionem. Altera nunc in censem veniat, illorum scilicet, sententia, qui *praefundunt* consensum venditant pro consensu tacito. Omnino largimur, hos minus commode rem exponere, si distinctas consensus species secundum indolem rei notionesque inde formatas ad amissim rectae rationis §. praececd. datam rite expendamus, ac si terminum taciti sumamus, uti §. praececd. factum est, in significatu ICtis ad minimum sequioris acui familiari. Hac contemplatione scilicet virtute multis consensus *tacitus* a *praefundito* distat parasangis. Etenim illum accepimus esse *externum* signis declaratum, adeoque *veri consensus* per eminentiam ita dicti speciem istam, quae declaratur *signis aliis, quam verbis*; cum ex aduerso consensus *praefunditus* sit *internus, signis non declaratus*, adeoque a vero isto *consensu eiusque speciebus distinctus*, qui tamen, adesse omnino, ex probabilibus conjicitur argumentis. Minime igitur conuenit diuersas istas consensus *praefunditi* seu *coniecturati* atque *taciti* species inuicem miscere, atque verborum mixtura aut insecutiam aut inaduenteniam prodere nostram, simulque notiones in aliis excitare confusas. Verum enim vero dissimulandum non est, quod ad hos facit excusandos, qui magis cum ratione agunt, quam illi consensus per leges civiles ficti, quem circumferunt, architectae. Nimirum vix villa disciplina aequivocationis, errorum in illis, qui verborum minus sunt curiosi, foecundae genitricis incommodo magis premuntur, quam Iurisprudentia. Illudque idem contigit circa terminum *taciti*. Etenim *PAPINIANO* indigitante videmus, quod ICti Romani hac voce in tam lato visu significatu, ut in genere illi, quod *apertum* est, opposuerint *tacitum*. Ita enim de actibus legitimis, an diem conditionemue recipiant, ille *Lib. XXXVIII. Quæstion.* differuit: *nonnumquam tamen actus supra scripti TACITE recipient, quae APERTE comprehensa vitium adserunt etc. L. 77. D. de V. S.* Sic *VLPIANVS* *Lib. XXVI ad Sabinum* dixit: *Si paterfamilias adoptatus sit, omnia,*

quae

quae eius fuerint et acquiri possunt, TACITO iure ad eum trans-  
eunt, qui adoptauit. L. 15. pr. D. de Adoptionibus. Et cui latet,  
quod fideicomissa tacite constitui posse dicantur e. g. prohibendo  
alienationem rei extra familiam. B. BOEHMERVS Introd. in Ius Digest.  
Tit. ad Scrl. Trebellianic. §. 9. et 10. Liquet exinde, sub tacito non so-  
lum factis declaratum intelligi, verum etiam quod verbis quidem ex-  
pressum, sed implicite tantum, non explicite, imo et illud, quod  
ex antecedente quodam sequitur, et argumento deductur aut con-  
sicuit, adeo, ut etiam ICtis posteriores auci inde natum sit prouerbium;  
taciti et conjecturati par est virtus cum expresso AVGUSTIN. BAR-  
BOS. cit. Thesaur. L. XVIII. Cap. II. axiom. 3. Quid ergo mirum,  
quod praefumta voluntas, praefumtusque consensus ICtis quibusdam  
receptionibus nomine tacitus voluntatis, consensusque taciti venerit.  
Omnino tamen commodius est, singulas causas singulis appellationi-  
bus distingui, quo animi fessa luculentius cum aliis communicare  
possimus, prasertim vbi ex arte loquendum. Hinc rectius con-  
fensus species secundum tradita §. praece. dispescuntur, tacitusque  
confensus singulari assignatur notio.

## §. XIII.

## DE DIVISIONE PACTORVM NONNULLA.

Constitueram apud animum, agere ex Iure Naturali de pa-  
ctorum speciebus secundum varia diuidendi fundamenta logica. Sed  
properandum ad metam, et ablegandus est lector ad ea, quae hac  
in causa iam iam occuparunt illi, qui praecepta Naturalis Iuris lar-  
gius exponunt. Illam tantum divisionem silentio praeterire nequeo,  
quam confensus diversae producunt species, antea propolsiae,  
accuratiusque distinctiones. Pacta igitur ex Iure Naturali habiro  
respectu ad consensum, quo inseuntur, aequae, vii ipsas confensus  
species, merito diuidimus in pacta 1) vera, voce eodem sumta per  
excellentiam modo, quo supra confensus venit verus, nimirum,  
quae

quae mutuo consensu vero constant, atque II) in *praesumta*, quae consensu, saltem ex altera parte, constant *praesumto*. Quippe quibus carere nequimus in iure haereditatis ex lute Naturali deducendo, quae præterea faciunt, ad illa ex eodem exponenda, quae in quasi contractibus, quos Romana circumfert Iurisprudentia, occurunt, gemina principia vniuersalia. *Illa*, nempe *pacta vera*, iterum sunt vel a) *expressa*, quae sunt, in quibus consensus declaratur verbis, quae iterum, pro diversitate consensus expliciti aut impliciti, sunt aut a) *explicita*, aut b) *implicita*, vel β) sunt *pacta tacita*, quando consensus aliis declaratus est signis, quam per verba. Quia immo, erraueris vix, si statueres, dari *pacta* ex diuersis consensibus speciebus *mixta*, vbi scilicet ex una parte consensus hoc, ab altera parte alio intercedit modo: quanquam vsu venerit, talia ab una solum qualitate denominare. Caetera oportunitus infra ad materiam contractuum tradentur, vt pote magis in Iure Ciuii Romano, quam Naturali rationem habentia.

## §. XIV.

## FACTA NEQVE DE IMPOSSIBILI NEQVE DE ILLICITO INEANTVR.

Cum ad id, quod extra potestatem hominis est, nemo possit obligari, pactum subsistere non potest, et invalidum dicitur, si contineat impossibile quid, vel physice vel moraliter tale; etiam si hoc saltem respectu acceptantis ita se habeat. Quoad *illa*, quae physice fieri absolute nequeunt, res per se clara est: siquidem consensus re vera deficit; cum ita pactus aut insanuerit, aut iocatus sit, aut deriserit alterum. Quapropter ex eiusmodi promissione obligatio nequidem fingi potest ad interesse aliquod praestandum. Quanquam illud animaduertendum sit, quod is, qui hominem simplicem, talia quasi possibilia sint, eidem persuadens, pecunia emunxerit, expensarumque fructuarum eidem exsriterit auctor, vel ludibrio eundem

dem habuerit, priori casu in stellionatus crimen incurrat, et ad restitutionem expensarum similisue damni obligatus, et in republica coercioni publicae pro merito suo subiiciendus, posteriori autem casu iniuriarum reus sit. Illud quoque omnem extra obligationem erit minime, si possibilia promissa ex accidenti fiant impossibilia, in primis si culpa intercedente talia fiant, vbi ad subsidiariam eius, quod interest, praestationem obligatio neutiquam deficit. Caudendum praeterea, ne difficile cum impossibili misceamus: quod non raro fit. Caeterum tota haec disceptatio partim ex ipsa consensu maxime praesumti natura, parim ex Iurisprudentiae Naturalis praecipuis de imputatione erit dijudicanda. Quoad haec autem, quae moraliter impossibilia dicuntur, facile est ad intelligendum, id, quod per legis probationem fieri nequit, acquipollere illi, quod per rerum naturam fieri nequit, atque non minus, quam hoc, contradictionem inuoluere. Quamuis enim pacta esse seruanda ius ipsum Naturale velit: pluribus tamen subiecti sumus legibus, hisque diversi valoris, ita ut aliae alii inferiores et subordinatae sunt, adeoque illae officium suum perdant atque leges esse desinant, si non conueniant cum his, quibus subordinatae sunt, atque principiata suum laedant principium. Sic ergo lex ista de pactis seruandis inferior est illi, neminem laede, atque tanquam principiatum huic, ipsis principio suo, subordinatum est; sequitur ergo, quod pacto neminem laedere debeamus, simulque inde sua sponte fluit, quod pactum aliis perniciosum seu lastionem aliis inferens sit inualidum, imo in genere pactum non valeat, cui seruando lex aliqua superior aduersatur. Ut cuncta contrahamus, veritas pacti intentionem promittendi et accipiendi ponit, validitas vero facultatem ponit pacti seruandi. Vtrumque requiritur, si ius et obligatio inde dicitur enasci. In doctrina de mente humana solet ille explicari canon, *quicquid quis vult et potest, id fit.* Insigni vsu hoc ipsum est in Iurisprudentia: quicquid quis vult et potest alteri promittere, qui illud vult et potest acceptare, id hic acquirit, ille alienat.

§. XV.

## §. XV.

AN PACTVM ET CONTRACTVS DE I. N.  
DIFFERAT?

Inueniuntur, quibus multum difficultatis affert pacti contractusque discrimen, ita ut hic aliam, alter alteram constituat differentiam. Praemittamus aliorum opiniones, postea nostram adponamus. PVFENDORFIUS et quem sequuntur plures profecto iuris Naturalis Doctores non infimae conditionis ita distinguunt, ut res, quae in commercio sunt, obiecta *contractuum*, quae vero extra commercium, materiam *pactorum* constituant. Sed plures eaque grauissimae ex eruditis veteribus rationes sunt, quae ista non admittunt. Has putamus: *sponsalia contrahere*, matrimonium *contrahere*, toties in optimis Latinitatis scriptoribus occurunt, ut permanent ageremus, si ipsis plane neglectis nouos, quos veteres nescierunt, significatus cum vocalis hisce combinare vellemus. Et quale *συναλλαγη* seu commercium continent contractus benefici et unilaterales? qui tamen vtiique sunt contractus. Quia de causa opinionem illam neque LAVEO iuvat verborum aueps, dum VLPIANO L. 19. D. de V. S. referente, differentiam inter *agi*, *geri* et *contrahi* expositus, *contrallum*, esse dixit, *ultra citroque* obligationem, quod Graeci *συναλλαγη* vocant, veluti emisionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. Quippe quod ad vocis originem, minime vero ad significatum termini artis spectat. Aliam viam elegit HOBESIVS, qui contractus illam patitorum speciem constituit, que iam completa forent. Verum aequae plures locutiones adponi possunt, vbi haec differentia locum non habet. Dicimus, *emisionis*, *venditionis*, *locationis*, *conductionis* contractum, etiam si pactum nondum adimpleum sit. Alter sentiunt alii, contractum definientes per pactum δυπλευγον onerosum, quippe pacientes obligationem erga se inuicem contrahe-rent mutuam. Neque hoc tamen felicius procedit: partim enim

erroneum est, contractum δυπλεγον et onerosum pro eodem haberi, cum ille quoque esse possit beneficis, exemplo comodati, depositi, mandati, tutelae, negotiorum gestionis; partim satis noti sunt contractus unilaterales. Ultimo denique loco et usui loquendi et recepto in iusticiae scientia significatur valde conuenienter veteres Romani distinxerunt *paœla* et *contractus*. Nempe non dari olim existimabant paœti veritatem, nisi utraque pars serio et deliberato animo egerit, atque sufficienter determinanda determinauerit. Inde Romani prœsei hominibus, præcipitis inconstansque animi in promittendo simulque in poenitendo facilis, prætextu deficientis serii, deliberati, determinatique consensus fidem fallentibus, indeque oriundis tricis obtinari ituri, pro regula esse voluerunt, ut pactum efficax in foro esse non debeat, ubi adhuc secundum veri speciem obiici posset, alterum non serio, non deliberate satis egisse, negotiumne adhuc intra tractatum terminos substituisse imperfectum. Eum autem in finem formam praescriperunt Romana Iura conuentionibus, ut saltem ciuitate de mutuo consensu perfecto atque actione ordinarie inde danda constaret, atque talem conuentione dixerunt contractum. At vero haec Romanum concernunt ius: siquidem SERVIVM TULLIVM de *contractibus*, delictis, aliisque rebus leges tulisse, tesis est DIONYSIVS HALICARNASSEVS Antiquit. Rom. Lib. IV. Et quamvis ex eodam HALICARNASSEO discamus, TARQVINIVM SYPERBVM istas abrogasse leges, atque POMPONIVS L. 2. D. de O. I. nos monuerit, electis regibus lege Tribunitia, leges regias exoleuisse: idem HALICARNASSEVS Lib. V. tamen certiores nos redditit, legum regiarum reliquias, maxime illarum SERVII TULLII de *contractibus* in leges decennariales seu XII Tabularum migrasse, inde BEYERVS Delineat. Iuris Civ. secundum Pandectas L. I. Tit. II. pos. 36. not. 1. et Lib. II. Tit. XIV. not. 1. contractus deducit consensuales, utpote naturali suo relictos valori. Vix ergo nobis aliud restat, quam ut ingeane fateamur, Iura Naturæ

SED BONAE FIDEI ESSE EVINCITVR. 27

turae per se non diuidere conuentiones in pacta et contractus, atque differentiam illam solis originem debere legibus Romanis, adeoque restat statuere B. HEINECCIVM *Elem. Iuris Nat.* L. I. c. XIV. §. CCCLXXXV. et CCCCV. de Iure Naturae inter conuentionem, pacta et contractus nihil intercedere discriminis. Neque proicies aliquid, si species istas conuentionum, quae in gentis cuiusdam lingua speciale vsu loquendi sortitae sunt nomen, contractus dicere velis, casteras autem pacta. Nam illud partim recederet a significatu vocis recepto, simulque nouam eidem assignaret notionem cum aquiuocatione minus oportuna: partim incertissimam redderet istam differentiam; utpote circa quam magna est linguarum differentia, ita ut species conuentionum huic genti singularibus venientes nominibus, apud alias gentes talibus non gaudent: partim quoque haec non ad Ius Naturale, sed ad gentium quarundam factum pertineret: partim denique habito respectu ad Ius Naturale frustraneum foret, secundum quod in omnibus obligatio ex solo oritur consensu mutuo, HEINECC. cit. loc. atque effectum diversitas in singulis quae occurrit, magis ex specialium obiectorum ac finium differentia, quam ex pactorum contractuumque diuersitate repeti debet.

§. XVI.

DE CONVENTIONIEBUS CONTRACTIEBUS ET PACTIS  
EX IURE ROMANO.

Ius igitur Romanum conuentiones distinxit, ita ut earum quasdam contractus fecerit dixeritque, reliquas autem pactorum vocem comprehendenter. Contractus scilicet, materiam suppedante L. 7. §. 1. et 2. D. de Pactis plerumque describitur, quod sit *conuenio* *nomen* *vel causam* *habens* *civiliter obligantem*, indeque pactum dicunt *conuentio* *sine nomine et causa*, *quae obligationem ciuilem sua natura producere neguit*. Sed incerta et obscuriuscula haec videntur.

C 3

Atque



22 PACTA NON STRICTI IURIS

Atque si originem discriminis perpendamus a E. BOEHMERO  
Tract. de Actionibus Sect. II. Cap. VII. §. 6. not. d. seqq. optime in-  
dicatam, quem etiam nos §. praeced. sequi debuimus, perspicue  
magis definiri poterit contractus, quod sit conuentio inita secundum  
formam prisca Iure Romano pro signo consensu perfecti praescriptam,  
actionem in foro Romano per se producens. Exaducendo padum est  
conuentio forma ista destituta per se actionem in foro Romano non  
producens. Extra ordinem tamen quibusdam pactis, quae con-  
tractus non erant, sensim efficacia agendi concessa fuit, inde a) pa-  
cta vestita seu non nuda dicta, si aut b) nimirum contractibus be-  
nacis fidei in continentis essent adiecta, aut b) speciatim hac vi praesi-  
dita essent vel 1) a Praetore, quae pacta nominantur praetoria, vel  
2) a singulari lege ciuili noua, quae pacta legitima appellantur:  
quapropter caetera, quae extra numerum contractuum vagabantur  
pacta, neque extra ordinem tali efficacia agendi per adiectionem,  
Praetoris editum, aut specialem legem ciuilem nouam erant muni-  
ta, 2) pacta nuda dicuntur, nil nisi ex praetoria aequitate producentia  
exceptionem.

§. XVII.

DE DIVISIONE CONTRACTVM

IN CONTRACTVS IURIS GENTIVM ET IUR. CIVIL. NEC NON IN  
CONTRACTVS BONAE FIDEI ET STRICTI IURIS.

Nunc paululum contractuum tangere liceat diuisiones, quae  
thematii nostro lucem affundere possunt. Duplex modo atque pri-  
mum I) in contractus a) juris gentium, et b) in contractus civilis  
iuris dispeſeuntur. Deinde II) vel a) bonae fidei vel b) stricti juris  
esse censentur. Contractus iuris gentium tales sunt conuentiones,  
quas apud plerasque gentes vnu venire colique scimus: illique ex bo-  
na fide aestimati sunt etiam a Romanis deficiente stricti iuris funda-  
mento. Etenim ex Iure Naturali in Iure Romano retenti et confir-  
mati

mati erant, ceterum a formularia solemnitate liberi naturalemque habebant praestationem. L. 8. D. de Cap. dimin. et L. 57. D. de Contrah. emt. vend. Contractus vero a solo Iure Ciuii Romano originam formamque in solennitate formularia consistentem nasci et contractus ciuiles et stricti fuerunt iuris, ex sola formula seu verborum solemnitate ore nuncupata, vnde contractus verbales dicti, vel ex scriptura solemini, qua de re litterales audiunt, pependerunt. Tam diuersa itaque erat apud Romanos contrahendi ratio, vnde non potuit non oriri bonae fidei et stricti iuris contractuum diuersitas. Cum enim in iis, qui apud omnes gentes visitati sunt contractibus naturalis praestatio et iuri primitivo conueniens obtineret aquiras, vti L. 8. D. de cap. min. traditur, adeoque paucissimi contractus formularii et stricti iuris essent: in plurimis secundum regulas Iuris Naturae procedendum, atque verbis neglectis, ad naturam negotii et intentionem, secundum aequum bonumque respiciendum esse arbitrabantur. In his, vt cum SENECA loquar, arbitro libera et nullis adstricta vinculis religio et detrahere aliquid et adiicere vel sententiam suam non prout lex et iustitia suadet, sed prout humanitas et misericordia impulit, regere permittit. Ex aduerso in illis contractibus, cum substantiam suam ex solo iure Quiritum et solemnibus verbis praescriptis caperent, vti stipulatio, et litterarum obligatio, noua quoque occurrit iudicandi norma, scilicet secundum formulam aut nuncupatam, aut scriptura consignaram, cuius verbis olim stricte inhaerendum erat, etiam si bona fides laederetur. Hinc contractus stricti iuris sunt, in quibus ex Iure Romano formulario ortis ad verba et solemnia magis, quam ad intentionem contrahentum respicere debebat iudex formula obligationis inclusus et certis, quos non excederet, terminis. Quae omnia singulare soliditate latius executus est. B. BOEHMERVS cit. Tract. S. I. Cap. III. §. 19. ad §. 44.

## §. XVIII.



## §. XVIII.

DE EFFECTIBVS DIFFERENTIAE HVIVS  
CONTRACTVVM.

Insignes quondam Romano Iure ex illa contractuum bonae fidei et stricti iuris diuersitate redundarunt effectus: praesertim a cedentibus legis actionibus a litigatoribus et judicibus ad superstitio nem vsque olim obseruandis. Pertinebat huc maxime, quod ex contractibus bonae fidei darentur actiones bonae fidei, ex contractibus autem stricti iuris actiones descenderent stricti iuris. In illis omnia inuicem erant praestanda, ad quae pars parti ex Iure Naturali perfecte obligatur, licet verbis diserte non essent conuenia, cum Iure Ciuii naturales habere dicerentur, quod accepimus, praestationes: e contrario in his ipso Iure Ciuii nihil veniebat praestandum, quam quod formularum verbis comprehensum, ex quibus substantiam capiebat obligatio. Vnde in illis visurae ex mora debebantur: in his nonnisi promissae. Interpretatio igitur in illis iusta, in his stricta obtinebat. Quae durae qualitates Praetorum iurisdictione demum viis temperande indirectis. Inde quoque in contractibus bonae fidei ob meum vel dolum ipsum iure nulla erat obligatio: securus in contractibus stricti iuris, in quibus nec meus, nec dolus obligationi obstabat; nisi aliud conuentum saltē per formulam doli mali auerruncandi adiecit: alias praeatoris restitutio inde laesis subueniendum. In illis pacta in continentia adiecta actionera producebant vi contractus principalis: aliter in his. In illis compensatio obligationem tollebat ipsum iure: in his saltē exceptionis opera. Sicuti ex his nata obligatio ipsum iure ciuii eodem dissoluenda erat genere, quo erat colligata, in illis quoque alio liberandi modo, quo secundum Ius Naturale extinguitur obligatio. Reuera tamen iti contractuum stricti iuris effectus minime conuenient cum Iure Romano nouiore aduersus strictum ius antiquum constitutio nibus

nibus IMPERATORVM sancto, quo iuris formulæ aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum artib' radicibus amputatae, L. 1. C. de Formulis et impetratiōibus actionum sublatis, placuitque in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae aequitatisque quam stricti iuris rationem L. 8. C. de Iudicis, quod supra §. VIII. exposuimus. Quam ob rem merito ex L. 47. D. de Negot. ges̄t. argumentando animaduertit BEYERV'S Delin. Iur. Civ. secundum Pandectas Lib. I. T. II. post 57. actionum bonae fidei et stricti iuris differentiam corruisse, quo facto non poterunt non contractuum bonae fidei et stricti iuris effectus differentiae, imo eorundem ipsa differentia tota simul concidere. Merito praeterea BEYERV'S cit. loc. post. 58. reprehendit CORPORIS IVRIS IVSTINIANEI compilatores, quod antiquas istas fabulas iuris iam diu obsoleti, ubique legibus CORPORIS IVRIS inscruerint. Defendi forsitan possent excusatione, quea in aliis aliquando occurrit causis, quod scilicet antiquitatis nihil penitus ignotum esse debet: si modo illud sedulo notassent, quid hunc in finem ususque theoreticos, vii loquimur, quid vero in legis vīm scriperint, atque si modo nulla inde nobis importuna iurium esset nata commixta, quea vna cum iniustitia exinde redundante non sine summa sollicitudine separanda iterum atque auertenda.

## §. XIX.

## DE CONVENTIONIBVS, PACTIS ET CONTRACTIVBVS IN GERMANIA.

Aliena sunt a Germanis ista conventionum, pactorum et contractuum discrimina, adeo ut vernacula nequidem vocabulis instrueta sit differentes istas Iuris Romani notiones efferendi. Observauimus ab antiquissimis temporibus Ius Naturale yniuersaliter obligans illud discrimen ignorans. Substitutus in eodem, vt TACITO teste supra §. IX. laudato et proverbio tritissimo, *ein ehrlich Mann hält sein Wort*, nihil sanctius nobis fuerit fide pacititia. Defunct nobis leges

D

Iuri

Iuri Naturali hac in causa addentes, detrahentesque, *sidem in contrarium formis*, tanquam signo perfecti consensus, *fanciendo*. Non congruant nobis sanctionis Romanae in istam rem rationes atque principia: neque enim opus fuit signis eiusmodi obuiam ire violationi vel illusioni fidei pacitiae a praecipitibus simulque incostantibus animis nunc datae nunc perfida ex poenitentia reuocandae eueri uilis, consensum suisse hanc deliberatum seruumque nec perfectum, sed rem intra tractatum terminos substitisse, quorum puduit Germanos, animi non adeo praecipitanter, insuper constantis, fidei, de ceteratis et honestatis studioſissimi, ut in omnia iuerint alia prisca proverbio, *ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann*, facile indignantes illis, qui nudis promissis fidere cespitant, vulgari illo, *ich werde mein Maul nicht zur Tasche machen*, adeo, ut scripturam super conventione in rebus magni momenti exigentes statim excusationem addant, *et ist nur um Lebens und Sterben willen*, id est, ut post mortem pacientium inter alios de negotio constet. Neque igitur subsidiaria Iuris Latialis receptio efficere potuit, ut contra-rium Romanorum formae in iniurie atque ineptum nobis esserint subsidium. Et in his ipsis vera confitit vis eorum, quae vulgo obscure et parum commode proferunt, *moribus, vel hodie paeta valent nuda, ab iis, qui insufficientiae et ignorantiae suae asylum faciunt mores, aut quibus non solum mille anni sed omne Germanorum aquum instar unius est dei*. His praefuppolaris non opus est falso pactorum efficaciam superstruere fundamento, ac si **IMPERATOR LEO L. 10. C. de Contrab. stipul. pactorum et stipulationum differentiam sustulerit**, qui tamen nec verborum, et quidem ore nuncupandorum, nec praecedentis interrogatio[n]is ore nuncupandae necessitatem remisit. Multo vero ineptius, pacti vim exinde deducere, quod sit stipulatio interpretativa, cui errori obuiam iuit **E. BOEHMERVS de Actionib. S. II. C. VII. §. VII.** Imo non opus, ad c. 1. X. de *Pactis* recurrere aliosque Iuris Canonici textus, ad fori ecclesiastici eiusque censuram magis quam ad actionem coram magistratu

stratu seculari eius executionem pertinentes: nam ex deductis palam est, antiquorem esse Germanis fidem paetiam legibus istis omnibus. Sequentia autem ex deductis rectius colligimus. In Germania conuentiones obligant secundum Ius Naturale, quoquaque modo mutuus intercedat determinatusque consensus. Adeoque in Germania non opus est paetorum vestimento vel ex singulari lege vel Praetoris edicto; sed tota deficit paetorum nudorum et non nudorum diuersitas, illis non minus valentibus quam his apud Romanos: quarnuis non negemus paeta adjecta; sed simul adstruimus, haec omnibus paetis principalioribus, ex intervallo etiam adiici posse, quo naturalia illorum mutantur, prout partibus commodum est. Porro in Germania exultat differentia contractuum nominatorum et innominatorum, illorumque realium, verbalium, litteralium et consensualium diuersitas, obligatione in omnibus ex consensu mutuo determinato, qualicunque modo intercedente, SUBSTANTIAM capiente. Protinus sequitur, Germaniam carere contractibus Romanis formulariis. Atque vel maxime hinc efficitur, deesse nobis contractus scripsi iuris, vna cum suis affectionibus §. XVIII. propositis, quibus etiam obstant tradita §. IX. bonae fidei vbiique nobis operam nauantibus.

## §. XX.

## DVRIORVM REMOTIO.

Obmouebitur fortassis, quod in Germania ramen in vita communi frequenter occurrant voces *Kauff-Contratf*, *Mietbs-Contratf*, similesque. Nihil vero propterea mutamus: cum hoc modo vox *Contratf* in significati plane abusivo adhibeat, ita ut denotet scriptum probationis causa super conuenione quavis contractum. Speciatim pro contractibus formularibus aliquid militare videbitur, tum verbalibus, tum litteralibus. Respectu nempe verbalium scimus, quod stipulationem ipsam in MARCVLFI Formulis comprehendi sibi sint vix LINDENBROGIVS Codic. LL. antiqui.

**BALVZIVS** *Capitularib. Reg. Franc.* Ast alii iam monstrauerunt, ista magis pertinere ad stipulationem, si ita loqui placeat, Celticam, indeque Germanicam, vel potius promissionem data dextra factam, *Hand-Gelöbniß, Handgegebene Treue*, quam ad stipulationem Romanam, **B. STRYCK** *de Manuscipata et porreſta, LOCCENIVS Antiquit. Suec. Gothic. C. XVI. BEVERVS Delineat. Iuris Germ. Lib. III. C. III. pos. 21.* Quam incongrue nimurum haec ad Romanam stipulationem referantur, aequo uti promissiones data dextra, quae adhuc in iudiciis fieri solent, vulgo efferantur, *stipulata manu angeloben*, vel ex eo patet, quod stipulari proprie sit creditoris, non debitoris, qui reprobuit stipulantem. Deinde, quantum ad contratus litterales attinet, notum est, quod emphyteusis ecclesiastica in perpetuum concedenda indiget scriptura §. 3. *Inst. de Locat. conduct. Verum scriptura talis nec formulis constat legitimis, nec alium in finem, quam ad probandum requiritur, nec itaque in emphyteusi eiusmodi obligatio a verbis conceptis, scriptura depictis, copia substantiam, praesertim cum appareat, quod IMPERATOR IVSTINIANVS scripturam desiderans emphyteusin numero contractuum consensualium, cui IMPERATOR ZENO eandem assignavit, extrudere et litterarum obligationi, cuius unicum tantum, chirographum scilicet, superstitem esse §. unic. Inst. de Litterar. oblig. afferuit, adnumerare voluerit. Maximum denique pro contractualibus litteralibus simulque stricti iuris in Germania vigentibus argumentum efficit forte chirographus, qui et ipse communiter dicitur *eine Obligation*, vna cum cambio. Attamen neque his cedere possumus speciebus. Neutquam enim in his quoque obligatio a solis litteris substantiam capit, alia iusta debendi causa deficiente: etiam si chirographus biennali silentio corroboratus, et cambium exceptionem non numeratae pecuniae non admittat in processu executivo atque cambiiali, ut probandi onus, pecuniam esse datam, in creditorem devoluat. Aduersatur quippe fidei ac dexteritati Germanorum, aequo uti ipsi aequitati naturali, quam semper obseruauimus §. IX. eiusmodi*

modi obligatio, quae a solis litteris substantiam capit nullo Naturali Iure suffulta, quam Praetores Romani nequidem in stipulationibus tolerarunt, exceptione dolii mali ex naturali subuentandam aequitate. Hinc recte fora Germanica non solum in processu executivo contra chirographum debitorem admittunt probaturum, pecuniam sibi minime numeraram esse, saltem sub nomine exceptionis *doli mali*, quatenus probandi modus indoli processus executivi congruit, verum etiam in casibus, vbi exceptio haec altioris est indaginis, ut processus executivi aut cambialis ratio eadem non admittat, adeoque debitor ad soluendum sit condemnatus, repetitio soluendorum re-conventioni per sententiam reseruatur. Sequitur ergo, nec chirographum, silentio licet biennali corroboratum, nec cambium in Germania esse contractum obligationemque litteralem, sed tantum prae-sumptionem cause debendi paratioremque atque suo modo duriorem parere executionem. B. BOEHMERVS *Tract. cit. Sect. I.C. III.* §. 44. not. t. §. 45. et *Sect. II. Cap. VIII.* §. 60. B. HEINECCIVS *Elem. Jur. Civ. secund. ordin. Instit.* §. 895. in fin. HARTMANN. PISTOR. P. IV. Q. XII. n. 13. PRAESES *Dissert. de Reprobatione per Iuris iur. delat. licit.* §. XIV. ibique citati BRVNNEMANNVS, MENO-CHIVS, CARPZOVIVS, STRYKIVS.

## §. XXI.

INTERESSE CONTROVERSIAE, AN PACTA STRICTI  
IVRIS AN BONAE FIDEI SINT?

Causeas autem existimes, otiosam esse disceptationem totam in-vilemque, num pacta sint stricti juris, an vero bonae fidei. Alia omnia, et quod intersit quam maxime inter virumque momentum ex hac tenus propositionis perspicue eluceant. Certe qui pacta stricti iuriis esse aiunt, non possunt non simul omnes pactis tribuere af-fectiones, quas §. XVIII. de contractibus stricti iuriis accepimus una cum actionibus stricti iuriis ex illis dependentibus harumque effectibus. Ex aduerso autem res se habet, si eadem bonae fidei

D 3

esse

esse iudices, quo ipso iisdem omnes cedunt qualitates §. cit. contractibus bonaे fidei assignatae vna cum actionibus bonaе fidei exinde promanantibus cum omnibus suis effectibus. Quin Germaniae eo maioris interest, ut de hoc constet, quo magis contractum et pactorum differentiam ineadem exulare, illisque deficientibus haec sola vnu venire, §. XIX. perceperimus: quo posito, pactisque stricto iuri cessis, nihil bonaе fidei reliquum foret in Germania. Operae ergo pretium omnino erit, paulo distinctius hanc agere causam,

## §. XXII.

## PACTA BONAE FIDEI ESSE ASSEVERVUR.

Qua quidem differentia indicata, rem ipsam aggrediamur. Equidem communibus opinionibus ob votorum frequentiam, ratione licet solida destitutis subscribere indignum iudicantes, a nobis impetrare nequimus, ut pacta in conditionem contractuum stricti iuris detrudamus: sed libenter aequa ac ingenue fatemur, pacta nobis esse videri bonaе fidei; siue eadem ex Iure Naturali siue Ciuiili aut Romano aut Germanico aestimaueris. Sufficere posse, si pro stabilienda hac sententia solum prouocaremus ad tradita §. IX. velificante bonaе fidei, atque ad dicta §. XIX. et XX. de contractibus stricti iuris a Germania alienis. Ne tamen temere a communi opinione diuortium facere videamur: repudii libellos in sequentibus exhibebimus, easque discessus sollicite explicabimus.

## §. XXIII.

PACTA SECUNDVM IUS NAT. SYNT  
BONAE FIDEI.

Sane si pacta referamus ad Ius Naturale et ex eodem §. V. X. XI. XII. XIII. dicta, minime ea possumus ad ius strictum §. VI. VII. XVII. et XVIII. expositura alegare, sed necessario bonaе fidei vindicare tenemur. Nimurum deficit ius strictum bonaе fidei oppositum in Iure Naturali.

rali. Cum enim hoc verbis promulgatum non sit, sed sola natura-  
li ratione nitatur, exultat ius strictum, si sensum Iuris Romani ad-  
hibeamus, exultat, si pro interpretatione legum stricta solis verbis  
inhaerente sumatur, cum minime in ius, quod natura et ratio nos  
docuit, interpretatio proprie cadat. Neque aliud dicendum: si ius  
Naturale ad statum civilem applicemus: quia in republica eriam  
standum est vniuersalibus his obligationibus, quoisque eisdem lege  
civili nihil additum vel detractum est: siquidem res publica partim  
proprio suo iure, quod civile audit, partim illo omnibus hominibus  
communi vitetur. Praeterea ius Naturale ignorat interpretationem  
tam in legibus civilibus quam in priuatorum dispositionibus sive ul-  
timis sive inter viuos paetatis strictam, quae quidem officio inter-  
preis aequae ac praesumptae sermocinant voluntati simulque paciscen-  
tium consensui praesumpto aduersatur. Quin potius stricti iuris con-  
trarium vel ex eo apparet, quod interpretatio per aequitatem illi  
opposita inde nomen habeat, quia Iuris Naturalis est, id quod per  
aequum et bonum ipsi ICTI indicarunt Romani, teste PAVLO in L.  
2. pr. D. de Iusfit. et Iure. Accedit, quod Ius Nat. in genere  
nesciat contractus a pactis distinctos, et in specie divisionem in stric-  
ti iuris et bonae fidei contractus vna cum legis actionibus, hisque  
vel stricti iuris vel bonae fidei diuersis, totaque iurisprudentia for-  
mularia reipublicas antiquae Romanae propria.

## §. XXIV.

## OBJECTIO CVM RESPONSIONE.

Obstare forsan videri aliis posset, quod ipsi supra §. V. ad-  
struximus, Ius Nat. strictum dari ab imperfectis officiis, humanitatis,  
benevolentiae, beneficentiae, misericordiae, grataeque mentis vir-  
ture diuersum. Quod si ergo pactum aliquod conuentum Iure Na-  
turali stricto validum contineat aliquid, non virtutis studio, sed iuris  
necessitate praestandum: num ne habebimus tunc stricti iuris pa-  
ctum?

Etum? Nihil mutamus. Primo enim haec consideratio non pertinet ad quaestionem praesentem, in qua bona fides vel maxime supponit acquitatem Iure Naturali perfecte obligante iuram. Deinde etiam officia illa humanitatis et misericordiae imperfecte obligantia tantum abest, ut perfectionem iuris turbent pactis contenti, ut tanta vi et efficacia per inita pacta corroborentur, ut, cum per se plane non vel imperfecte saltem obligent, mutuo consensu in obligationem transcant determinatam omnibusque numeris absolutam. Denique nec istud nos turbat dubium, quod in pactis secundum obligationem perfectam aestimatis strictum ius strictaque interpretatione verbis solis eorumque etymologiis angustisque coacta, cum effectibus inde pendentibus regnare debeat, vix in Romanis contractibus stricti iuris. Abunde enim §. XXII. et XXIII. monstratum est, ieiunismodi interpretationem cum ipso Iure Nat. pugnare. Interea id salua thesi nostra largiri possumus, quod in extremo dubio circa cuiusdam pacti sententiam ex oriente omnino quoque humanitatis ratio, praecipue in pactis obligatoriis sit habenda, ne haec temere violetur.

## §. XXV.

## CONTINVATIO.

Nec feliciori successu obmovebitur, quod pacta in facto consistant, adeoque facti sit, probandi, quid pactum conuentumque. At vero hoc non dicam statum controversiae vix ferire, sed optimo iure me id ipsum meam in rem vertere posse. Nonne scilicet exinde sequitur, Ius Naturale praincipere, ut pacta rite per aequam interpretationem explicentur et intelligantur, ne ultra intentionem pacientium obligatio aut remissio iuris extendatur, nec contra eandem intentionem arctioribus circumscribatur limitibus?

## §. XXVI.

§. XXVI.

FACTA DE IURE CIVILI ROMANO  
NON STRICTI IURIS SED BONAE FIDEI SVNT, DE  
QVIBVS GENERALITER.

Succedit nunc contemplatio p̄ectorum a contractibus distinctorum secundum Ius Civile Romanum, an ex eo bona fides eorumdem en stricti iuris conditio possit probari. Mihi autem nec in hoc inuenire licet praesidii aliquid pro tuendo p̄ectorum iure stricto: immo alia omnia Romani iuris scita suadent. Evidem in genere admodum nostrae sauer sententiae PAPINIANVS Lib. II. Respon-  
sorum disserre dicens in conuentionebus contrahentium VOLVNTA-  
TEM potius quam verba spectari placuit L. 219. D. de V. S. Pariter PROCVLVS existimat, ad 1D, QVOD ACTVM est, INTER-  
PRETATIONEM redigendam esse: nam qui ambigue loquitur, ID loquitur, QVOD EX HIS, quae significantur, SENSIT L. 125. D.  
eod. Neque aliam fuisse PAULI sententiam satis liquet ex L. 28.  
§. 1. D. eod. et ex L. 163. §. 1. D. de Reg. Iur. quibus addenda L. 7.  
§. 8. D. de Partis. Omnia haec nobis eodem modo quo supra §. I et VIII. IULIANVM audiuimus, inculcant interpretationem inquam maxime intentioni adeoque prae summa voluntati sermocinantis inferuientem. Vt et in legibus sic fieri deber. DEMOSTHENES aduersus Timoeratem p. 795. sq. CICERO pro A. Caecin. Cap. XVIII. Ipsa vero eiusmodi interpretatio aqua non strictum ius sed bonam fidem arguit. Quo autem rectius aduertamus pacta, opus erit, ut distinctius perpendamus quae actionem de Iure Rom. producebant, et quae ad excipendum saltim fuerint efficacia.

§. XXVII.

SPECIALITER DE PACTIS VESTITIS.

Ad illa pacta quod attinet, quae ad efficiendam actionem idonea fuerunt, quae communiter vestita seu non nuda vocantur, quippe quae actione seu efficacia agendi vestita, suamque vim vel ex Iure Praetorio, vel ex lege noua civili, vel ex adiectione contractui

E

bonae

bonae fidei principaliori facta, sortita esse, non minus notum quam supra §. XVI. relatum est, aequi accepimus, quod caeteris pactis nudis vis recipiendi Praetorio tantum iure induita sit, probante L. 6. et 7. §. 4. et 5. D. de Pactis. Neutra vero horum pactorum stricti iuris dici possunt, sed omnia necessario bonae fidei sunt vindicanda. Insciriendum enim non est, in omnibus pactis ante recentissimis fundamentum desciere, unde contractus quidam adeoque conventiones nonnullae stricti iuris apud Romanos fuerint, quod §. XV. XVI. et XVII. expositum. Praeterea tamen adhuc seorsim de singulis his speciebus dicendum.

## §. XXVIII.

## SIGILLATIM DE PACTIS PRÆTORIIS.

Quod si inter pacta vestita ad Praetoria pacta animum aduentamus, eo minus bonam fidem ab his remouere, strictoque iuri eadem addicere licet, quo certius constat, ius Praetorium esse ius aequum, duritatem antiqui Iuris Civilis stricti ex aequitate id est ex Iure Naturali supplens temperansque, §. IV et VI. Etenim nulla alia ratio fuerat, ex qua Praetoribus, Aedilibus, Proconsulibus, Propraetoribus, Praefidibus Provinciarum, aliqui magistratibus concessum, nouum interdum ius dicere; quam quod Romanae reipublicae proceres animaduerterent, ius antiquum variis in casibus insufficiens, durumque esse, adeoque his naevis prudenti et politiori manu mcederi posse statuerent, si iustitiae administris permittereatur, ut in applicando ad obuios casus iure ex aequo et bono, quo Ius Naturae intelligitur, Ius enim, PAVLVS ait, pluribus modis dicitur. Uno modo, cum id, quod semper AEQVM ET BONVM est IUS dicitur: ut est IUS NATVRALE L. II. D. de Iust. et Iur. civile illud ius, propter utilitatem publicam, adiuuarent, supplerent, corrigerent, L. 7. §. 1. D. eod. Quod, cur et quibus viis indirexi expediendum fuerit, ab aliis pertractatum, in praesenti aratum ruto præterimus.

## §. XXIX

## §. XXIX.

## DE FACTIS LEGITIMIS.

Neque de pactis legitimis aliter sentire possumus, tum per dicta §. XXVII. in fine, tum quod leges nouae ciuiles iuris antiqui formalium rationem non habuerint, sed ipsam naturalem secutae sint aequitatem, introducta miore Philosophia, tum ex ipso IUSTINIANI testimonio in donationibus ad exemplum venditionis reuocatis §. 2. Inſt. de Donat. et l. 35. C. cod.

## §. XXX.

## DE PACTIS ADIECTIS.

Pari modo de pactis adiectis statuendum non solum propter tradita §. XVI. XVII. et XXVII. sed etiam ideo, quod contractibus bonae fidei in continentibus effent adiicienda: sic e. g. pactum de praestanda euictione circa stipulationem emptioni adiectum b. f. erat. Parta igitur adiecta haec accessoria fuerunt contractuum principalium bonae fidei: adeoque sequi debebant naturam sui principialis. Locupletissimum etiam testimonium afferri huius praealent leges, quae in pactis his interpretandis ad praealum ablegant voluntarem L. 6. §. 1. D. de Contrab. Ent. vend. l. 31. §. 20. D. de Aedit. edit. L. 6. D. de Euictionib. Immo in transitu monemus, quod ipsorum contractuum stricti iuri natura per clausulam bonae fidei seu pactum fiduciae insertum formulae ad modulum aequitatis naturalis temperaretur.

## §. XXXI.

## DE PACTIS NUDIS.

Denique in pactis nudis non potuit nostra bona fides obtinere, excluso iure stricto. Partim propter eadem §. XVI. XVII. et XXVII. deducta, partim quia Praetor iis adiicit, inde exceptionem dolimали concedendo, ad ius ciuile strictum durumque indirekte ad aequitatis

tis naturalis normam temperandum corrigendumque. In genere omnibus his addi meretur obseruatio supra §. XVII. proposita, quod scilicet IMPERATORVM recentiorum constitutionibus tota contractuum et actionum stricti iuris subtilitas reuera sit euersa: qua propter cum analogia Iuris Romani recentioris consistere nequit ius strictum illud pactorum imaginarium.

## §. XXXII.

## OBJECTIO CVM RESPONSIONE.

Miranda esset temeritas illorum qui strictum ius pactorum Lege 27. §. 4. L. 35. 57. D. de Pactis et L. 9. D. de Transactionib. superstruere conantur: nisi notum esset, quid Leguleiusimus, quid praeconceptrae valeant opiniones. Nos saltem non solum nihil eiusmodi in his legibus, sed alia potius omnia comprehendimus. Principue Lex 9. D. de Trans. perspicue satis asserit: IN IQVVM est, perimi pacto id, de quo COGITATVM non docetur. Hoc autem ipsa vule naturalis aequitas; et ad consensum pertinet etiam praesumptum, quod, de quo sit cogitatum, interpretatione iusta seu aqua expediendum §. VIII. et XI. et quomodo iniquum, quod a transactione aueritur, constabit cum stricto transactionis iure? Neque plus efficit L. 27. §. 4 in fin. D. de Pactis. Quid enim magis aequum est, quam quae lex illa perhibet verbis ante omnia enim animaduentum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona: in alia re, aliae personae noceat. Multo infirmius argumentum neicitur ex L. 35. cit. cum vel maxime ex ea patet, quod contra transactionem doli replicatio concedatur, ideo quod transactio ex naturali ratione partim ad ignorata non sit trahenda, partim respectu decipientis non sufficit. Frustra quoque excitatur L. 57. D. cod. siquidem principium eiusdem vere contrarium innuit: verba autem eph. 1. genuinam secundum consensum praesumptum et ea, quae de L. 35. cit. prouulimus, institutam interpretationem continent.

## §. XXXIII.

XXXIII.

PACTA DE IURE GERM. NON ESSE STRICTI IURIS  
SED BONAE FIDEL.

De Iure Germanico adhuc minor oriri poterit dubitatio,  
an pacta sint bonae fidei. Nam omne illud ius strictum Romanum  
ad Germaniam non pertinere, tales contractus ciuiles, quos Roma sibi  
fixerat, adeoque contractus et actiones stricti juris numquam apud  
nos vsu vénisse, est supra §. IX. XIX. XX. ad XXIV. cōmonstratum.  
Sed ab antiquissimis temporibus Germania aestimauit pacta iisque  
vīa est ex Iuris Naturalis obseruātia vniuersaliter obligantis, cui vt  
hac in parte aliquid addatur instar formae Romano iure conuentio-  
nibus pro signo consensu perfecti p̄aeschcriptae, fides bona dexteri-  
tasque Germanorum ipsi TACITO, historico Romano, laudata neu-  
tiquam permisit, Conf. CHR. GEBÄVERI progr. de Alea et fide  
ad Tac. c. 24. Goett. 1741. Neque ergo contractus a pactis apud  
nos differebant, neque contractus sciuiimus Romanos ciuiles verba-  
les et literales, nec denique contractus stricti iuri habuimus vñquam,  
neque actiones legis earumque verbis stricta inhaesio nobis acceptas  
fuerunt. Quin receptio Iuris Romani in Germaniam hac in re nihil mu-  
tare potuit, quae quidem in subsidium facta est: at tali subsidio nobis  
opus non est, idque ad nos pertinere nequit, quippe cuius principia a  
nostris rebus prorsus aliena, vt adeo principia eius adoptare ineptum  
sit, tantoque ineptius, quo clarius ex deductis §. VIII. XVIII. XXVI.  
§. XXXII apparet, quod et ipsumius Romanum in paēorum mate-  
ria aliter sentiat, et quod ne contractus quidem actionesque stricti iu-  
ris cum nouissimo iure iudicariō Romano conueniant. Quae si ad  
principia de valore legum referamus, luceulentissime apparet, non  
amplius valere posse ius strictum. Si enim lex aliqua vel abrogata  
est, vel obiectum non est tale, de quo lex loquitur, vel deficit ratio  
vñica et necessaria, sive principium, de quo lex loquitur, vel per  
testimonia doctorum, qui de praxi restari possunt, non vñius for-

sis probari potest: tunc omni valore lex destituitur. Quorum vero non unum, sed omnia deprehendimus in iure stricto Romanorum. Ponamus enim, ius strictum apud Quirites obtinuisse, id quod tamen de pactis omnibus et de contractibus iuris genitum non formulariis negandum probauit, docet tamen §. VIII. abrogationem formuliarum ex stricti iuris, docet §. XVI. ex XX--XXX. legem de iure stricto persequendo numquam de pactis et contractibus per omnes gentes visitatis esse locutam: deinde ex Germanorum perpetuis moribus ac saepius laudata simplicitate et probitate, atque ex eo, quod ex Stoicorum philosophia introduxerit et reipublicae Romanae singularis conditio apprehenderit modos contrahendi solemnes et formula inclusos, satis conspicuum est, apud nos totam rationem totumque principium stricti iuris desigere: quare et vsus forensis unumquemque facile certiore reddet, nos subtilitates verborum contempnere, et pacta nostra ex natura negotii et ex aqua interpretatione gerere, modumque iudicandi ignorato Praetore et iudice pedaneo, vel arbitro, in omnibus litibus esse eundem. Si quis nostris in iudicis formulam actionis ex Praetoris albo nobis occineret, an eum, quaeſo, fanae mentis crederemus?

## §. XXXIV.

## ORIGO ERRORIS

Vt plenus rem conficiamus, inquirendum adhuc paucis in originem erronei illius brocardi, quod pacta stricti iuris esse perhibet. Nimis ut in communi vita, ita et inter ICros non raro factum est, vt comparationibus parum aptis vrantur, similiaque facile ultra tertium comparationis extendant simulque, positiones, quae certo modo veritati respondent, pro absolutis et vniuersaliter valentibus venditent. Eadem certe ratione hunc natum esse errorum, facile est ad intelligendum, si memores sumus non solum, quod Romana iura perfuctorie tractantes atque inconsulte ad Germaniam applicantes sibi aliquaque persuadeant, IMPERATORES discrimen

men pactorum et stipulationum fustulisse, sed etiam dicterii pernulati, pacta hodie non minus valere, quam stipulationes, imo patrum esse stipulationem interpretatiāam, indeque nancisci vim suam et conditionem producere ex stipulatu. Facile hinc evenire potuit, ut stipulationibus pacta perperam aequiparentur, actionisque ex stipulari pariter, vti ipsius stipulationis ius strictum barbare illis sit admixtum. Ita enim est, vt, admisso uno fallo, plura prono fluant alueo.

## §. XXXV.

## DISQVITIO EIVSDEM SPECIALIOR

Sed videamus distinctius, quam egregie hac in re erratum sit. Num enim Germania indiger dissimillima comparatione? Quantum nobis intelligere licet, minime! Verum est, quod in Germania etiam pacta, Romanis nuda dicta, non minus efficacia agendi gaudeant, quam apud Romanos stipulationes: apprime autem falsum est, id esse ex comparatione earum cum stipulationibus, et ex ente obscuro, vel potius figmento stipulationis interpretatiuae deriuandum, atque actione ex stipulatu illis opus esse, immo quam maxime a veritate aberrat, vti euicimus, stipulationum qualitates pactis nostris conuenire. Palam enim est, Germanica fora numquam obligationes, actiones, exceptiones tum in genere, tum in specie circa pacta ex solo merita esse Iure Romano, que omnia magis ex iure naturali aestimata, quamquam parum commode morum, confuerudinis, obseruantiae, praeceos, usus forensis aut moderni nominibus, vel nomine hodie comprehensa. Quid ergo opus esset ex Latio repetere, cuius patria fert nostra messē opimam? cuius naturale ius abunde nobis fert copiam? Quid ex iure illo peregrino Romano recentioribus demum a nobis in subfidium recepro temporibus ista, quam teste ipso TACITO, antiquissimo iam aeuo maiores nostri sanctissime coluerunt fides pactitia? An forsitan contractuum Romanorum numero quoque alligati sunt Germani per receptionem Iuris Roma-

ni subsidiariam, aut stipulationes Romanae vsu nobis veniunt? quod nemo dixerit nisi hospes in Iure Patrio, hospes in iure Latali, ignorusque eius sint in Romano iure ipso conditionis pacta tam vestita, quam nuda, et nescius, quod nec Italia postquam populis Germanicis vel saltim Germanicae originis contractus Romanos susque de que habentibus obruta diuque possessa est, stipulationibus strictoque earum iure vtatur. Conferatur in hanc rem LAVR. ANDR. HAMBERGER de non usu stipulationum vsuque pactorum inforis Germ. len. 1714. in opus sculis eius ab ILLVSTR. DN. ESTORE editis p. 151. sqq. An denique opus fuit pactis nostris nomine actionis cuiusdam Romanae, praecipue illius conditionis ex stipulatu? Nobis viderur hoc negandum: nisi ignorare velimus, quam insufficientia sint illa ad usum fororum Germanorum exhaustendum. Tolerare possemus illud nomen, facileisque essemus in verbis, modo non in re oriretur exinde disconvenientia affectionum conditionis illius inconsulta applicatione. Hoc incommodum omnino rectius amoliri student, qui actionem nostris conuenientem pactis conditionem ex moribus, vel actionem ex pacto appellant. BOEHMERS Tr. de Actionib. S. II. C. VII et VIII.

## §. XXXVI.

## DE SCRIPTURA.

Cum supra iam expositum sit de effectu differentiae, an pacta sint stricti iuris, an bonae fidei §. XXI, supersedere possem labore, explosi erroris conjectaria ex illis iam plapa proponendi. Interea comitis loco quaedam adhuc addenda. Nimur existimant nonnulli, pactum in scripturam redactum vel plane in scriptis initum in stricti iuris negotium transire. Neque hoc admittendum esse, ex eo iam appareat, quod, si ambiguitas etiam circa eiusmodi pacta conscripta exoriatur, interpretatione opus sit secundum finem paciscentium, aliasque rationes, mutuumque consensum prae sumptum inficiuenda; nunc verba scripta extendente, nunc restringente, adeoque

que interpretationi per aequitatem sit locus. Nec verior est sententia, si quis dixerit, praestationem evictionis, nomineque illius certam poenam constitutens pactum negotio cuidam adiectum pro stipulatione stricti que iuris esse habendam apud Germanos. Nulla enim ratio intercedit, cur tale pactum aut pro stipulatione proprie dicta venditari, aut stricti iuris esse possit contra veritates hucusque propositas. Deinde monendi sumus, errorem istum vulgarem, pacta Germanica stipulationibus Romanorum inepte comparantem, occasionem forsitan Notariis aliquis dedisse, scripturis in probationem conuentionum conficiendis inferendi clausulam, *alles treulich, sonder Ge- fahrde, ohne arge List.* Addant siue c. A Q V I L I V M G A L L V M formulae dolii mali auerruncandi auctorem impari conatu imitaturi, siue obuiam ituri, ne stricti iuris pactum judicetur: re vera tamen nihil agunt, nisi quod ignarus ius orare videantur. Evidem appendiculae huius defectus non impedit, quo minus pactum si bona fidei. Postremo illam non satis mirari detestarique possumus hominum quorundam proteruiam, quae eousque processit, ut nebullo quidam olim Satanam ad pacifendum prouocans, conceptae suae prouocationi eandem adjecit clausulam, cui tamen malus morem minime gessit, sed die dicto non comparuit, quod ex actis relatum accepimus. Nos autem Deo Optimo Maximo pia mente gratias agimus, quod vires concesserit, ut opusculo huic imponere possimus

F I N E M

## ERRATA.

- pag. 5. foamulam leg. formulam.
- pag. 8. nonnulli leg. nulli.
- pag. 9. rectius leg. rectius
- pag. 12 et 13. civra leg. circa.
- pag. 14. prement leg. prement.
- pag. 23. adeoque leg. adeoque.
- pag. eod. contrahentum leg. contrahentium.
- pag. 26. profundit, leg. profunditur.

F

PRAE.



PRAENOBILISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO  
DOMINO DOCTORANDO  
S. P. D.  
P R A E S E S.

Doctores excellere oportet moribus primum, deinde facundia, praecipiente IMPERATORE IULIANO L. 7. C. de Professoribus et Medicis. Vtique igitur requisto satis instruetus, Praenobilissime Domine CANDITATE, Doctoris Honores mereris. Neque enim TIBI sufficit, honesto natum suisse loco, lucem qui adspexit Halae d. X. Februarii Anni MDCCXLII. PATRE usus IOANNE LICHTOL ad S. LAURENTIVM Pastore, ELBINGAE nato, qui studiorum causa et IENENSEM et HALENSEM adiit Academias atque hic praefide B. D. ANTONIO PROFESSORE ORDINARIO THEOLOGIAE Dissertationem de Fide tanquam opere Dei summo publice cum aplausu defendit, postea, principibus Academis salutatis, munus, quod dixi, sacrum suscepit, et per duodecim ita gesit annos, ut ipsius laudes, cuius veri hanc fucatae probitatis exempli gregisque sui patris existent adhuc frequentissimae, MATRE inde natura DOROTHEA ELISABETHA, ex gente RICHTERIANA, quae iam in Saxonie floret: sed ut IPSE PARENTIS vestigia premas et TVAE TE inuolucas virtuti, esse TVVM, recte ratus es. Quamque enim OPTIMI PARENTES praematura morte infantiae TVAE erepti TE solum post se reliquerint sapienti almae prouidentiae tutelae, quae vitam TVAM variis ereptam periculis sustinuit innumerisque exornauit beneficiis, cum TIBI tam felicem esse contigerit, ut extranea tutela, paternam exaequante, cura et amicitia come TVVM ingenium erectorque indoles ad bonarum artium studia excitata. Bene quippe educatus, atque in Gymnasio ciuitatis nostrarae LV.THERANO, in primis VIRO CLARI-

CLARISSIMO DNO M. MILLERO RECTORE MERITISSIMO  
operam nauanto institutus, per sexennium Academicum non solum in  
litteris humanioribus, sed etiam in Philosophia, Theologia tandemque  
in Iurisprudentia solidissimorum DOCTORVM nostrorum et in hac  
potissimum Ill. NETTELBLATII, et Excell. WESTPHALII, Op-  
ponentis huius Dissertationis, ductu et institutione fruitus, ut ex quin-  
quaginta diversis aeroſibus Academicis flores collegoris exquisitissimor.  
Et cum artes fideliter didicisse non sinat mores esse feros: vitam ita  
composuisti TVAM, ut morum integritate atque elegantia et multos  
post TE reliqueris, et bonis omnibus sis commendatissimus. Ut igitur  
melior TIBI nascatur occasio dotes iſas egregias in gloriam DEI, et pro-  
ximi aequi ac TVI ipsius salutem colloquendi, ab Ordine INCLYTO  
IVRE CONSULTORVM REGIAE huius FRIDERICIANAE nu-  
per expetiſſit TIBI DOCTORIS IVRIVM HONORES. Annuit  
ILLVSTRIS ORDO desideriis, diesque utrique dictiſſit examini. Tenta-  
mine itaque die XXI Maii praesentis anni vice peracto, in examine rigor-  
oso die XXXI eiusdem mensis praescriptos textus, pumpe c. Antigonus  
I. X. de Paſtis et L. Rem maioris pretii 2. C. de Refeindenda ven-  
dit, ſcitur inimique de ſuper legitimum cum laude ſuſtri-  
nuisti, adeo ut ad Dissertationem inauguralēm pro Dignitate TIBI  
decreta obtinenda fueris admittendur. Ex his facile augurari po-  
ſum, quam feliciter ſini coronaturas fit opus, praefertim cum  
dissertationis inauguralis delineationem, quam TIBI dedi, ele-  
ganter iſe perfeceris. Gratulor ergo TIBI curſam Academicum  
rite exactum vna cum eiusdem coronide. Gratulor TIBI decretos  
HONORES, gratulor PATRIAE non minus quem FAMILIAE  
TVAE decus ex virtutibus TVIS, gratulor et mihi Candidatum  
dignissimum amicumque integrum. Quod reliquum SVMMVM  
NVMEN pia mente imploro, ut et coepita haec TVA et omnia TVA  
conſilia ita ſeundet, ut in ſuam gloriam, reipublicae emolumentum  
TVAMque ſalutem ſemper ſuccedant; TE quoque obnixe rogo, ut  
me amare pergas. Vale. Dab. Halae Magdeburgicae ipſe Kalendis  
Julii A. O. R. MDCCXLV.

F. 2

PRAE:



PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
**C A N D I D A T O**

S. P. D.

IOANNES FRIDERICVS KRAVSE

POTENT. BORVS. REGI A CONSILIIS AVLIC. SENATVSQUE  
HALENS. MEMBR.

**T**enerrimus vereque paternus, quo erga TE ducor, **CANDIDATE DILECTISSIME**, amor, in tanto **TIBI** applaudentium numero, mutum me esse non sinit. Non equidem in laudes **TVAS** excurrat; nimium enim TE amo, quam ut, quae a me proficiuntur, encomia arcis si limitibus circumscribi patientur. Gaudium unice, ex bene collocata cura redundans, hinc literis publice significare adiutor. **TVAM** scilicet pueritiam, a nimis praematura optimorum Parentum **TVORVM** sine duce reliquam, meis consiliis foui, ut, quantum in me, **TEcum** mihi sans gratissimo affinitatis vincido, situm erat, cauerem, ne in **TE** formando excornandoque quidquam desineret bonaque institutionis commodis, quae longe ultra molissimam hancce aetatem se extendunt, desinatus esses. Non dubitabam, hinc fore, ut inventus **TVA**, animi **TVI** dotibus, quae egregiae **TIBI** sunt concessae, ita excludis, fructus demum ferat, quos et **TV** et ego curae adhucitae praemia considerare possemus. Non explorasti certe, **CANDIDATE PRAESTANTISSIME**, sed superflati plane de **TE** conceptam spem. Descendi enim cupiditate commotus optimeque cognoscens, quam manca saepe sunt iuuenium de scientiarum utilitate et praestantia iudicia, varias pertraacti scientias, et eam tandem maxima felicere posse, quae ad rem **TVAM** plurimum faceret. Elegisti denon Iurisprudentiam cique torta cum cura operam dedisti, ut sollemnis examinibus saceratis, ab Iurisprudentiis Consulorum Ordine dignus iudicatus sis, qui summis coronis honoribus. Hos **TIBI** ex animo gratulor. Fruere iisdem diu, felix, sanus meique semper memor! Vale, de meo nunquam intermorituro amore certissime persuasus. Dabam Halae d. III. Jul. MDCCXV.

CANDI-

C A N D I D A T O  
P R A E N O B I L I S S I M O   E T   D O C T I S S I M O  
A M I C O   H O N O R A T I S S I M O

S. P. D.

ERNEST. CHRISTIAN. WESTPHAL.

Per placet mibi admodum illud hominum genus, quibus licet rara  
illa in hac seculi pauperie felicitas, ut per rei familiaris angu-  
stias ad stipendia in republica merenda, non cogantur et sapiens illa  
animi temporantia contigerit, et quam parum momenti in magnificis  
ac splendidis nominibus ad veram dignitatem possum sit, peruident,  
nolunt tamen per otium et ignauiam vitam illepede transfigere, inge-  
niunquae ad rubiginem proicere, sed eam potius ineunt vitae ratio-  
nem, vbi et honor absque inuidia, et bene merendi studium absque  
strepitu, et decus venustasque coniuncta sint. Haec est imago, quam  
in TE, AMICE HONORATISSIME, expressam esse gaudeo.  
Litterarum illecebris inde ab ephebis captus, et inter has  
adultus, ex iisdem porro et iuuenili virilisque aetatis ornamentum  
dignissime petis. Nihil in industria TVA desiderari voluisti, quo  
ad juuandam olim aliqua in parte rempublicam aptus fieres. Non  
aborres ab administrandis publicis commodis, nec tamen cupido in-  
est aut pruritus capessendi rempublicam. Non ambis munera, unde  
rem facere aut victum quaerere possis, quo etroque non indiges. Ma-  
vis, ut TIBI debeat respublica, quam TV illi. Contemnis di-

Q 167

F 3

gnitatis

gnitates illas in illustri loco pessas, in quibus solis par laboribus sudoribusque suis proemium quaerunt alii. Licuit mihi propius intueri illam TVAM indolem, quem ex quo ad Themidis adyta accessisti, me TIBI et familiarem elegeris et comitem. De ingenio testantur eae, quas intra tam modicum tempus comparasti, Legitimae Scientiae copiae, licet nunquam huic soli studium dicanneris, sed semper animum hanc inter et seueriorem illam humanioremque sapientiam, quam ante colueras, diuisum retinueris. De morum honestate et ingenuitate inter nostrates publice constat. Iam publico dexteritatis specimen insuntae litteris operae fructum comprobas, ut academicam, quae TIBI decreta est, dignitatem in indignum non conferri appareret. Gratulor TIBI istos proscelitus, gratulor decretos honores, gratulor virtutem, quae in TE sita est. Mihigratulor TVAM amicitiam, quam praesentem cum tuncunditate exerior, praeteritam grata recordatione recolo, futuram expeto et præfago. Magnopere rebus TVIS faueo, et ut diutissime valeas, solidaque felicitate quam perfectissime utaris opto ex animo. Dabam  
Halæ d. 3. Jul. 1765.



PRAE-

FRAENOBILISSIMO  
ATQVE  
PRAECLARE DOCTO  
SVPREMAE IN IURIS SCIENTITIA DIGNITATIS  
C A N D I D A T O  
DILECTISSIMO SVO ADFINI  
M. I O. C H R I S T I A N F O E R S T E R  
PHILOSOPHIAE PROFESSOR FVEL.

S.

Non est, nec esse mearum partium debet, ut in TE laudando sim  
verbosior: impense autem lactor, quod omnis TVA vita melior  
fit et securior testificatio virtutum TVARVM, quam quae forte scriptio-  
ni TVAE inaugurali in laudem TVAM adnece*ti* possent. Pro meo vero  
in TE amore, non possum facere quin TIBI ex mente amicissima feli-  
citer quidem, sed non sine multis aerumnis finitum cursum academi-  
cum gratuler, simulque TE obtestor, ut quem ingressus es, cursum,  
per omnem vitam prosequaris laudabiliter. Mature optimis TVIS  
Parentibus orbatus, ita tamen egisti, ut ob morum honestatem et ob  
diligentiam, quem a prima pueritia litteris impendebas, honorum  
onore*ui* anorem TIBI conciliaueris. Formauit, cum nostrae orbis  
Gymnasii alumnis adscriptus eras, TVAM adolescentiam et iuuentu-  
tem Clarissim. MILLERV, cuius Viri institutione et paternis profecto  
admonitionibus non solum ad studia academica praeparatus, sed et ad  
totam vitam virtuti et religioni dicandam ita formatus es, ut ego  
certe, quem Parentis nomine maiori iure venerari debeas, vti TV  
quoque cum vere colis, sciam neminem. Ad academica studia adspি-  
rans Theologie et Philosophiae TE dicauisti, hancque statim principe  
m et potissimum TIBI fecisti scientiam, ita, ut eam aliquando  
docendo bene de nostra academia mereri possis. Hac probe apud nos  
cultu

sulta, tempestive vidiſti, rectam demum eam esse philosopandi rationem, si cum recentiori et eorum scientia, quae veteres philosopati sunt, et cum omni eruditione litterae ab humanitate vocatae combinantur. Hunc in finem per integrum annum in academia Lipsensi operam dedisti praefertim lectionibus ERNESTII V. V. dum explicabat optimos latinitatis et graecitatis auctores, et amantissimi omnibus, qui ingenium amant, GELLERTI institutionibus, facorem quoque sere singularem pluriū Virorum, qui Lipsiam ornant, TIBI concilianisti multoque fructus ex frequentiori aditu, qui TIBI ad illos benevolē concessus erat, collegisti. Verum, praeter sanitatem a tenui aetate adeo imbecillem alius grauiſſimus, quo TIBI collaudandum erat, morbus omne TVVM propositum, academie TE dicandi, mutauit. Propterea, quo TE aa atiud civile officium recte preparare posse, et ibi et hic Halae iuri scientiae domini operam dedisti, quae quidem omnis disciplina TIBI ita bene ad illam preparato haud difficilis esse poterat, ut per brevius quoque tempus dexteritatem adeptus sis, summos in ipsa honores ambendi. Hanc dignitatem ex animo TIBI gratulor, doleo autem, quod plura non permiserint TIBI, uti antea volebas, aliud adhuc philosophicum edere scriptum instar documenti TVAE in philosophia eruditionis, Deum precor, velit TVAM sanitatem firmiorem quotidie reddere, ut verbi nostrae et patriae optime inferire possis. Ita TVI honores TIBI TVIS QVE euenant feliciter, et mihi quippe homini TVI Studioſſimo maximo semper erunt gaudio. Vale et res TVAS ex voto age meque amare non intermitte. Dedi d. 1. Iulii 1765.



VIRO

V I R O  
PRAENOBILISSIMO, ET DOCTISSIMO  
IOANNI CHRISTIANO LICHOTIO  
LAVREAM THEMIDIS PRO PEDIEM QVTENTVRO  
AMICO ET COGNATO SVO SVAVISSIMO  
S. P. D.  
FRIDERICVS WILHELMVS OCKEL I. V. D.


**S**umma cum voluptate admiror praesentia nostra tempora non satis laudanda et praedicanda, iu quibus honores et dignitates solum modo ex meritis conferuntur. Nolo, VIR Praenobilissime in landes TVAS incurtere, et eruditioinem in omnibus fere scientiis versatam commemorare, modestia TVA mibi et omnibus satis cognita retentus; id tamen dicere non erubeo, TE fecutus esse vestigia Maiorum celeberrimorum. Recordor ex alta mente Virum Perillarem Ernestum Tentzelium Confiliarium Regiminis Moguntini I. V. D. et Prof. primar. quem in veneranda eius senectute, ego autem in iuuentute qua Rectorem Magnificum Almae Geranae et olim promotorem patris mei cognoui cum affectu satis amabili. Recordor scripta omnis Genis Tentzelianas quam celeberrima quae in manibus eruditorum cum applausu evoluuntur. Illi Heroes TVI agnati ex Thuringia orti sunt. Hunce transiit nobilem et celebrissimum maiorum es persecutus. Pronus TVVS vir ILLVSTRIS IOANNES CHRISTIANVS TENTZELIVS I. V. D. Confiliarius vecigalium Potentissimi Regis Borussiae, qui multis annis honoribus auctus, hic ibi summa cum laude viguit et floruit. Reliquit Ille filium dignissimum FRIDERICVM AVGVSTVM TENTZELIVM, olim Iudicem Legionis Borckiana, postea Confiliarium tributorum Potentissimi Regis Borussiae. Illi fuit dulcis natae solum! nostra Hala fuit, ubi sedem fixit, quippe pro meritis suis in bello et pace praesulit a Potentissimo Illi munus Syndici huius Ciuitatis conferebatur, quo laboriosissimo munere functus est cum summo usque ad beatam mortem honore. Et quasnam fuissent speranda de eius meritis filio IVSTO TENTZELIO, verbi diuini Ministro Legionis equesris Kionensis.

G

Lacry-

IRO

Lacrymas fundere debemus! bello praeterito, febri acuta confectus Deo  
Creatori suo redditus est. Aum T<sup>V</sup>V M C<sup>H</sup>R<sup>I</sup>S<sup>T</sup>A<sup>N</sup>V M RICH-  
TERVM etiam in cinere veneror, V<sup>I</sup>R<sup>V</sup>M eruditum, integrum,  
et piissimum ex gente patricia nobili ortum. Sed non sine lacrimis re-  
cordor discessus Parentum Tuorum amatissimorum in vigore et flore  
etatis erectorum. Reverendus T<sup>V</sup>V S pater IOANNES LICO-  
TIVS Borusso Elbingensis ex gente spectatissima natus a teneris S. S.  
Theologiae dicauerat, ideoque se contulit ad Almam Salanam Iencensem,  
vbi in primis subfella b. d. Budsei frequentauit, duclus autem amore erga  
Theologos huius Fridericianae eruditione et pietate eminentes et celebre-  
rinos Almam Salanam cum nostra commutauit et ita ad literas incu-  
bit, et simul eruditione et humanitate plane singulari se commendauit,  
vt in Pastorem Aedis Laurentianae Civitatis Neomarchicæ vocatus fu-  
erit; Munerique suo ecclesiastico doctrina et variori exemplo pietatis in-  
tegritatis et beneficentiae erga egenos unice deditus sic coetu suo fuit in  
amore et deliciis, ut eius memoria nunquam sit peritura. Est itaque  
præmatuра eius mors dolor gravis et acerbissimus, sed prouidentiae  
diuinae succumbendum est; neque illius mortalis mortalitati potest res-  
istere. Sane, si fieri poterit, vt eruditio, animi dotes et merita maiori-  
rum quasi ture hereditario aut fidei commissi suis transferri possent,  
credacim ea omnia in TE esse translatā. Verum enim vero est illud  
votum quomodo parentes et eruditio gausuri essent, inanis, et vanum  
atque et nobis nihil aliud relictum est, quam propria arte et industria  
ascendere Parnassum. Isumque Parnassum incliae nostrae Fridericia-  
nae ascendis in praesentiarum; et mearum partium est, TIBI hono-  
res virtute TVA, industria eruditio dignissimos gratularis;  
gratulor etiam mibi qua cognato et omni genti Ockelianaæ, cui per TE  
noui honores accedunt. Accipias igitur V<sup>I</sup>R Praenobilissime et Do-  
ctissime, hanc litteras gratulatorias in tesseram nostrae amicitiae et cognationis.  
Ter optimun Terque Maximum Numen faxit TE ornamen-  
tum et decus pastriæ nostræ. Saluum et incolamem TE seruit ad Nesto-  
rios usque annos! Vale Vige et Flore. Dabam Halæ Salanae  
die 19. Junii 1765.



VIRO

Deo  
H-  
m,  
re-  
ore  
to-  
S.  
m,  
ga-  
er-  
cu-  
it,  
ue-  
in-  
in-  
que  
iae  
es-  
io-  
nt,  
lud  
un-  
via  
ia-  
no-  
ra-  
E  
Do-  
na-  
en-  
lo-  
12  
RO

V I R O  
PRAENOBILISSIMO ATQYE DOCTISSIMO  
**IO. CHRIST. LICHOTIO**  
SVMMORVM IN IVRIS PROVINCIA HONORVM  
CANDIDATO DIGNISSIMO  
S. P. D.  
**IO. PETRVS MILLER.**

**Q**uod adeo multi mei ordines homines de conditionis ex ihsuus munieris nostri magnis multisque molestiis granis plerumque et acerbis conqueruntur, id, ut in multis ferendum sit, quibuscum scilicet agatur iniquius: in his ramen iniuria, cum in DEV M ipsum, cum in homines vacare non est existimandum, quibus *TVI* similes, LICHOTI ORNATISSIME, si minus plures, at vnu tamem itemque alter contigerint disciplinae suae olim alumni. Quemadmodum enim qui arbores serunt; non tam lucri scientes sunt, ut tberes dulcesque fractus ex omnisibus existent: sed praeclarum iam operae preium continent futurum, quod singulae ex quinque post longas spes in flores se inducent aliquam felicitatem domino pollicantur: ita sitis nobis quidem ingeniorum culturae videatur laborum nostrorum quasi quandam usuram, quanquamque exactiam sit, isto tempore percepisse. Quae quidem felicitas, (surunt vero cordior res, vix malorem hac dori) et aliquantes iam mihi conigit, et hodie sonia diuina numero accidit, et primum eam **TIBI**, deinde vero mihi debeam iure merito que gratulari. Nam quoniam ante decem, et quid excurrit, amos Hallensis Gymnasi provinciam in me susciperem, *TV* enus eras, qui mihi ita laudareuerum cum ab ingenuo, cum a mortibus, in tensilla ista aetate tanto festinioribus, et iucundioribus, quanto in omni natura vernans ille flos vigor magis placet, et non mendacrem, quoniam horti nostri quasi areolas, classes hispanarem, ex isto laetissimo florere *TVO* voluptatem istius munieris mei percipere solarem. Adoleuit vero virtus ista *TVA* in dies luctus, et nemo fuit, quin bis emicantibus in *TE* sapientias

optimaque ad virtutem indolis luminibus impensis fuerit gauisus, beatosque nos existimaret, quorum cura atque opera in tam caro capite exercendo quotidie versatur. Prosternam vero ad me propius accessisti, ita probasti cum naturae felicitatem, tum, quia maius adhuc est, animi infigrem probis accepimus quecumque percutiam, ut TE, tamquam omnino meum recuperem. Quamquam enim aegre animis TVVS infirmi a teneris corporis fulturis sustinebatur, monendisque adeo placide et leniter a Medicis et a nobis ipsis eras, ut ardorem istum TVVM cursus quadam lenitudine temperares: non tamen committendum parasti, ut TE quisquam nobili condiscipulatu anteuerteret. Ex quo factum est, ut et philosophica mathematica atque physica, quantum satis est in sebosis, deliberas, et in linguis maxime haud vulgarem TIBI copiam comparares: qui quidem fucilare spero TE, VIR merito bonis omnibus CARISSIME, infiguer in legibus interpretandis adiutum iri. Nam et in diuinis nostris Pendecitis explicandis regnare bus Grammaticus vere dicitur: ita non est dubitandum, quin idem existimari debat de humana rerum illarum interprete. TABEONI certe suo id laudis Gellion tribuisse, VLPIANO autem, PAVLIO, CAIO, MARCELLO rues tribuere suisse. Prater hanc vero in viraque levigia dicendi scribendique fucilitate consolanda totus ita fuisse, ut etiam publica huius laudis specimena cum plausu edideris. Sed ut hanc fortassis in felici ingenio liberaliter inde a prima pueritia tractato non adeo sint demiranda: animi tamen TVAM constantem in DEV M pierazem et sensus ad omne verum decus quasi quandam mollitudinem ita amauit, mecum vero optimus quisque amauit semper, ut cum aliis nominibus laudandus fueris, in hoc tamen in exemplum ceteris commilitonibus vissus nobis sis commendandas. Quare vero quasi ceterorum Collegorum meorum carissimorum, et maxime TAVSTIE V. C. L ore publice Gymnasio nostro zalem auditorem gratular, qui Iubilao hoc anno, insigne litterariorum porticui nostrae ornamentum sit conciliaturus. Maecte itaque TWO sis honore, tamquam publico virtutis TVAE praemio, atque imperata hac de rep bene merendi amplissima copia solitus fuisseque quam longissime ita congratularibus bonis omnibus perfruere, ut intelligant omnes nostri iuuenes, non alius aut turius aut breuis ad veram animafelicitatem iter esse, quam quod ducetas Sapientia atque Pierate nature iuuenis christianus generoso animi imperu in gressiarur. Dob, Hale Magd. a. d. 3. Int. c. 1010 CCLXV.

MY



## MY MVCH HONOURED FRIEND.

When, amidst those of Your Friends, who love and admire You, and who crowd in this Day, to give You Joy at Your taking the Doctoral Diadem, I see You crowned with Laurels, that are due to Your Learning and to Your Personal merit, I can't possibly forbear joining with them at so charming a Sight in Their Acclamations. When the Glory of the Entreprise rises in proportion as the Obstacles, that did oppose it, were toilsome and hard to get over; when the End gloriously brought about, answers to the Efficacy of Means, that have been employ'd, to attain it; I must needs acknowledge and commend Your having fulfilled Your Task, as a brave Man does, that without Fear or Reasoning takes a heroical Resolution, which taken lays about him, and in Spight of the Difficulties, that offerd to thwart his Doings, courageously goes through and gains his Point. When a great many at their first setting out, taken by the charming View of a successful Issue, are as they move on tired out, and by the Hardships, they encounter in their Way, disheartened, and by this very Reason fall short of hitting their Aim, You bravely overcame them, discharged Your Duty, and at Your Travels End You see in a delightful Prospect before You rise the Temple of Honour, You are going to be introduced into. I congratulate You, my much esteemed Friend, I congratulate You, the Fruits of Your Application, You now are reaping with full Hands! I bless with You that Providence, which spared Your Life and strengthened Your Health to let You see a wished for Issue of Your Toils. How often did I fear for Your Days, when repeated fits of Disease seemed to be forebodings of approaching Fate, and our Life hung, as it were, doubtful over You. My Bowels did then yearn over You when I thought, that a Life should chance to be cut off in the midst of its Career, which might usefull to the World, and for that Reason I was tempted to wish, that Your Continuance in it, might be compounded with the taking away of many others, who spend it without aim or meaning. The religious Sentiments, which You alwayes professed, to be the governing Principle of Your Conduct and of Your Agency, and which engaged in a friendly War in our

private Conversations (night I recall the Time)! Esou shew'd with a  
becoming Warmth, will make You spend Esour Life and Your Abilities  
in promoting the Glory of Your Maker in Jufervency to the World.  
Go on, sir, and prosper! fulfill that ~~mangz~~<sup>manz</sup>œœuv, You aimed at,  
and which will have so happy an Efficacy in brightening Esour Crown!  
I count it, upon Recollection, the happiest Incident of my Life, and  
blesj the Day, when Fortune has been so kind, as to favour me with  
an Occasion, to be acquainted with You, nay, to be thought worthy  
of Your Friendship. May this our Friendship continue for ever,  
and if possible, take new Engagements. I am far from doubting, but  
such a one, as ours was, founded upon Virtue, cemented by mutual  
Love and Esteem, ripening into a Tenderness and Sympathy of souls,  
must needs be lasting, nay, out-live Time itself. Once more, my  
Dear Friend be happy and prosper! Enjoy the Bliss of Your Parts and  
Learning, that qualify You for the most extensive Sphere of Usefulness,  
and with an entire Resignation to the Will of God, wait for the Cal-  
ling of the L O R D. I am from my whole Heart

## MY MVCH HONOURED FRIEND.

Yours

Lipzig  
the 22. of May  
1765.

most affectionate Friend  
and humble Servant  
John. Nicols Hübschmann  
A. M.



VIRO

VIR O  
CONSULTISSIMO AC DOCTISSIMO  
SVMMORVM IN IVRE HONORVM  
CANDIDATO DIGNISSIMO

S. D. P.

IOANNES LUDOVICVS GILBERT  
OPPONENS.

Ruit in excidium et in tenetrie sibi tristemque literum deraditur barberiem, e cuius endis vix caput extulit, ista veneranda, cui via non viresque deponimus, disciplina. Etenim oblongus iam eudem et bac actate fere penitus extinctum est in animis corum, qui arti legitime se muniperant, studium istud bistoriarum humaniorumque literarum, quibus negligitis, omnia hibernant, quarumque lumine ademto non potest fixi quin densi caligini cuncta abriuantur. His quondam efficiunt in dispellendis tenebris Viri immortales, de quibus non nisi summa cum religione cogito, et qui per eum via id unice egerunt, ut pristinus, sed temporum iniuria amissus nitor, natuque elegantia Iurisprudencia restituueretur. Sed

Damna quid non innominis dies?

Aetas parentum peior auis nullis

Nos nequiores, mox daturas

Progeniem ciuiosorem.

Etenim frustaneos ac imanes ignavae et proteruitas nostri seculi iam redditit labores a maioribus nostris exsanctoros. Quis enim, quae, ex ingenti numero eorum, quis nomina inter sacerdotes Themidis proficitur, accedit ad genuinos parosque nostrorum doctrinarum fontes, maiorum opera reclusos? Inuitat eos ex eueniis huiusq[ue] Glaphytorum paludibus cognitissima lirur baurire. Sic induit iterum ars nostris tristem illam ac solidum habitudinem, quo incedebat, quam horrida Barilli et Baldi voce flora sibolaeque resonarent. Sed iam non diutius versabar in deploranda hacce calamitate. Tunc enim, Vir consolissime, mihi res est, qui iam dudum nobiliorum viam ingressus es. Laudibus hoc efficerem, indolis TVAE dexteritatem, excellentes ingenii TVI dotes, et acquifitam, cuius iam edidisti documentum, eruditiorum fuisse celebrarem, nisi modestia TVA, qua omnium animos TIBI deinceps solles, haec omnia me silve interveet. Gratulor agitur TIBI potius, quibus merita TVA coronantur, siamnos in arte nostra honores. Is, penes quenos sumnum est rerum arbitrium, fortunae, pector, quae suscepisti, et secunder fuc-  
cessus. Ad splendidiores in dies TE prothibi iubet honorum dignitatumque gra-  
du, ac dignissimis TVAS virtutes praemii condecorari finat. In vale foffpes, et  
incolumis, meque TVO fauore exire non patiaris, qui TVI memoriam enxi, qua  
fieri potest, obseruantia colam, qnomdui

fiororum

Filio trium patiuntur arca,

Dab. Halae d. II. Jul. MDCLXV.

VIR O



V O I R O  
PRAENOBILISSIMO, CONSULTISSIMO QVE  
OMNIA CANDIDATO A  
HONORVM DOCTORALIVM DIGNISSIMO  
S. P. D.  
I. F. V. KOENIG. O.P.

158  
**Q**uum aetas nostra tanta laboret et henninum litteratorum inopia, qui erectoris indolis honesto quodam laudis studio impulsu addignitatem in quaui praeципua eruditio[n]is parte supremam contendant; TV certe, VIR PRAENOBILISSIME, laudabile proximus de capessendis summis in utroque iure honorib[us] cepisti consilium. Plurimi deterrentur a confundenda cathedra sublimiori loco que hoc rite defendendo conscienti sibi, quam parum versati sint cum in grautoribus disciplinis, tum in elegantioribus quoque litteris, atque Latina, hem! pudet me dicere, oratione, sine qua nemo docti viri nomen meretur. TV vero, VIR CONSULTISSIME, dignitatem istam petis, quae TIBI, vt humanitate et doctrina excellis, optimo iure debetur. Gratulor igitur hanc, qua ornabere, fortunam, eiusque partem quandam, cum amicorum omnia sunt communia, suauissimo tactu laetitiae sensu, vindicare nubi posse videor. Menterem quidem luculentius declarare angusti paginae limites prohibent. Interim ex animo precor, vi ista maiora in dies capiente incrementa diutissime fruari, placidumque semper, aequabilem nullis malorum fluctibus per turbandum vitae cursum tenens extremam attingas senectutem. Ego vero TVM amorem, studium, benevolentiam, matuo iure amicitiae, cuius sanctissimum promitto fidem, a TE impensis effligito. Vale. Dab. Halae ipsi Calendis Iulii  
M D C C L X V .



**ULB Halle**  
002 612 240


3



SL







1765

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
Q.V.A  
**PACTA  
NON STRICTI IVRIS 19  
SED  
BONAE FIDEI ESSE  
EVINCIT VR.**

---

P. 201

Q.V.A.M  
IN REGIA FRIDERICIANA  
EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

PRAESIDE  
**IOANNE TOBIA CARRACH ICto**  
POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE  
FAGVLTATIS IVRIDICAE IN EADEM PRAESIDE ORDINARIO  
ET H. T. DECANO,  
PROFESSORE IVRIS PRIMARIO ETC.

PRO GRADV DOCTORIS  
D. JULY CI 1765.  
H. L. Q. C.  
PVBLICE VENTILANDAM  
EXHIBET  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**IOANNES CHRISTIANVS LICHOTIVS**  
HALENSIS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
LITTERIS IO. FRIDERICI ET FRID. AVG. GRVNERTORVM,

